QUÆSTIONES ETYMOLOGICÆ ET GRAMMATICÆ,

AD EXEMPLA DORICA ATTICORUM SCRIPTORUM RELATÆ.

DISPUTATIO ACADEMICA

QUAM

PERMITTENTE AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE LUNDENSI

PRO GRADU PHILOSOPHICO

PUBLICE DEFENDET

S. LINDE

PHIL. LIC. SCAN.

IN AUDITORIO I. A. D. X KAL. JUN. MDCCCLXXIX
H. P. M. IV.

LUNDÆ MDCCCLXXIX.

TYPIS BERLINGIANIS EXPRESSIT FR. BERLING.

LIBERO BARONI CAROLO AXELIO GYLLENKROOK

FAUTORI OPTIMO

S.

Quæstiones etymologicæ et grammaticæ,
ad exempla dorica atticorum scriptorum relatæ.

Scripsit

S. LINDE.

Quærenti mihi scribendi materiam, quam grammatica et etymologica ratione tractarem, non alienum visum est exempla dorica, quæ apud quosdam scriptores atticos, dico Thucydidem, Xenophontem, Demosthenem, Plutarchum, Aristophanem, leguntur, collecta ita examinare, ut voces vocumque formas explicarem et enarrarem linguarum cognatarum ratione habita. Sed quoniam videram doricum contextum incuria vel ignoratione librariorum valde depravatum esse neque ab editoribus semper accuratissime tractatum, hunc primum critice percensere necessarium existimavi, ut vitiosæ rejicerentur lectiones atque obscuræ sententiæ ad aliquam perspicuitatem perducerentur. Nam quum formæ atticæ et æolicæ vel poetis usitatæ haud ita raro doricis immixtæ inveniantur, vitia tolli veris formis indagandis et restituendis oportuit. Quam ob causam ad inscriptiones potissimum res erat referenda, ut, quæ vere dorica essent quæque a dialecto dorica plane aliena, perspici posset. Sin autem idem dictum aut versus, ut nonnumquam fit, non semel tantummodo legitur — idque cum varietate scripturæ — alterum locum ex altero sanare licuit. Exempla vero, quæ simul cum atticis formis vetustiores doricas præbeant, quomodo sananda sint, jam per se apparet. Illud etiam commemorandum est nulla me exempla adhibuisse quamvis dorica forma induta, quæ in canticis choricis insunt aut Pindari aut aliorum poetarum, qui mixta dialecto uti solent; quamquam excludere nolui epigrammata quædam Plutarchea, quæ etiamsi doricam vim aliquantum servarunt, poeticam miscendi licentiam satis ostendunt.

In quæstionibus etymologicis et grammaticis ad exempla præmissa accommodandis, eam sequar rationem, ut primum de sonis et sonorum affectionibus, vocum radices et formationem omnino indicans, disseram, deinde de mutatione nominum et verborum mentione digna, ut quæ a vulgari ratione diversa sit et insignis, denique de particulis pauca dicam. Sed quia a doricæ dialecti formis hæ quæstiones proficiscuntur, ea, quæ hujus dialecti maxime sunt propria, in primis eruemus; verum tamen, quotiescumque opus erit, reliquas dialectos et cognatas linguas in comparationem vocabimus et ex iis tantum, quantum res petet, hauriemus.

His editionibus præcipue usus sum:

Thucydidis Historia Belli Peloponnesiaci ed. Stahl, Lipsiæ 1874.
Thukydides erkl. von Classen, Bd. V, Berlin 1875.
Θουκυδίδου συγγραφή herausg. von Krüger, Berlin 1858.
Xenophontis Hellenica ed. Breitenbach, Gothæ 1853.
Xenophons griech. Geschichte erkl. von Büchsenschütz, Leipzig 1875.
Xenophons Hellenika erkl. von Breitenbach, Berlin 1873.
Demosthenes ex recensione G. Dindorfii, Oxonii 1846.
Demosthenis orationes ed. Bekker, Lipsiæ 1850.
Demosthenis oratio in Midiam, cur. Buttmannus, Berolini 1864.
Demosthenis orationes contra Aeschinem rec. Voemelius, Lipsiæ 1862.
Demosthenis de corona oratio, ed. Lipsius, Lipsiæ 1876.
Plutarchi vitæ, recogn. Doemner, Parisiis 1877. } Has editiones in locis indicandis
Plutarchi Scripta Moralia, emend. Dübner, Parisiis 1877. } infra secutus sum.
Plutarchi vitæ, ed. Bekker, Lipsiæ 1855.
Plutarchi vitæ, recogn. Sintenis, Lipsiæ 1874.
Plutarchi quæ supersunt omnia, annot. instr. Reiske, Lipsiæ 1774—1782.
Plutarchi Moralia, ed. Wyttenbach, Lipsiæ 1796—1834.
Aristophanis Acharnenses ed. Müller, Hannoveræ 1863.
" " ed. Blaydes, Londini 1849.
Aristophanis Lysistrata, rec. Enger, Bonnæ 1844.

Quos præterea adii fontes suis locis indicabo.

I.

Exempla dorica collecta et examinata.

Thucyd. V. c. 77. *Κατιάδε δοκεῖ τᾷ ἐκκλησίᾳ*[1]) *τῶν Λακεδαιμονίων συμβαλέσθαι*[2]) *ποττὼς Ἀργείως, ἀποδιδόντας τὼς παίδας τοῖς Ὀρχομενίοις καὶ τὼς ἄνδρας τοῖς Μαιναλίοις, καὶ τὼς ἄνδρας τὼς ἐν Μαντινείᾳ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀποδιδόντας καὶ ἐξ Ἐπιδαύρω ἐκβῶντας καὶ τὸ τεῖχος ἀναιριόντας. αἰ δέ κα μὴ εἴκωντι τοὶ Ἀθηναίοι ἐξ Ἐπιδαύρω, πολεμίως εἶμεν τοῖς Ἀργείοις καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς τῶν Λακεδαιμονίων συμμάχοις. καὶ αἴ τινα τοὶ Λακεδαιμονίοι παῖδα ἔχοντι, ἀποδόμεν ταῖς πολίεσσι πάσαις. περὶ δὲ τῶ σιῶ σύματος ἐπιμεληθῆμεν χρῆν*[3]) *τοῖς Ἐπιδαυρίοις, ὅρκον δόμεν δὲ αὐτῶς ποιήσαι. τὰς δὲ πολίας τὰς ἐν Πελοποννάσῳ καὶ μικρὰς καὶ μεγάλας αὐτονόμως εἶμεν πάσας καττὰ πάτρια. αἰ δέ κα τῶν ἐκτός Πελοποννάσω τις ἐπὶ τὰν Πελοπόννασον γᾶν ἴῃ ἐπὶ*

---

[1]) *ἁλία* pervulgatius est apud Dores vocabulum, *ἐκκλησία* tamen titulis doricis non plane deest, vid. Caueri Delect. Inscr. gr. 44 (Creta), Franzii elem. epigr. gr. 77, 78 (Delphi), neque æolicis, ib. 75 (Mitylenæ).

[2]) *συμβαλέσθαι, συμμάχοι* scripsi, quia *συν*, litera *σ* scriptum, omnibus fere locis et inscriptionum et librorum dorica dialecto scriptorum legitur. Neque mirum est, si scriptor librarius perpetua consuetudine *ξὺν* ex attica in doricam orationem etiam intulerit, eodemque modo *ξ* in *ξυναλίαξε* Lysistr. v. 93 sine dubio exstitit.

[3]) E codicum depravata scriptura *εμεν λην* Bekker locum ita restituit: *αἰ μὲν λῆν τὼς Ἐπιδαυρίως, ὅρκον δόμεναι* (!) *αὐτοῖς ὀμόσαι*, Ahrensius autem (dor. dial. II. p. 480): *-αἰ μὲν λῆν τοῖς Ἐπιδαυρίοις ὅρκον δόμεν· αἰ δὲ αὐτὼς ὀμόσαι* i. e. "de sacrificio Apollinis Argivi, si placet, jusjurandum in Epidaurios transferant; sin minus, ipsi jurent." Sed ut ex narrationis continuitate intelligi potest, id agi debet in pacis confectione post bellum, etsi per speciem ideo ortum, quod Epidaurii sacrificium Apollini debitum (c. 53, 1) non perpetrassent, ut sancta illa officia deo præstare cogantur. Quod si ita est, "non potest", recte animadvertit Stahlius (Thucydidis Historia, vol. II, adnot. crit. pag. X,), "cujusquam arbitrio permissum esse, ut juramento illi se obstringant, deinde cur jurent Argivi prorsus intelligi nequit". Idem ille hoc modo contextum emendavit: — *μέλην τοῖς Ἐπιδαυρίοις, ὅρκον δόμεν δὲ αὐτώς*, uncis includens *ὀμόσαι*, quod interpretandi causa ad *ὅρκον δόμεν* adscriptum putat; at hanc loquendi formulam pervulgatissimam cur quisquam interpretetur, non satis intelligitur. Desiderari potius vox videtur, qua exprimatur obstringendi necessitas, quæ non inest in infinitivo ipso *μέλην*, qui præterea ut æolicus plane refutandus est. Interpretatio vero Classenii (Thukydides erkl. von Classen, 5 Bd, krit. Anhang.) etiam minus probari potest, *δόμεν* enim a vocabulo præcedenti *ὅρκον*, quocum aptissime cohæret, tum sejungitur, deinde e præcedentibus multo facilius et promptius *ὅρκον* jam exclusum ad *δόμεν* auditur, denique — id quod maximi est momenti et a more Laconum alienissimum — eadem prope sententia bis repetitur. Ipse autem locum depravatum ita emendandum censeo: *περὶ δὲ τῶ*

κακῷ, ἀλεξέσθαι [1]) ἀμοθεὶ βωλευσαμένως [2]), ὀπᾶ κα δικαιότατα δοκῇ τοῖς Πελοποννασίοις. ὅσσοι δ' ἐκτὸς Πελοποννάσω τῶν Λακεδαιμονίων συμμάχοι ἐντί, ἐν τᾷ αὐτᾷ ἐσσούνται ἐν τῷπερ καὶ τοὶ τῶν Λακεδαιμονίων καὶ τοὶ τῶν Ἀργείων συμμάχοι ἐντί, τὰν αὐτῶν ἐχόντες. ἐπιδειξάντας δὲ τοῖς συμμάχοις συμβαλέσθαι, αἴ κα αὐτοῖς δοκῇ· αἰ δέ τί κα ἄλλο [3]) δοκῇ τοῖς συμμάχοις, οἴκαδ' ἀπιάλλεν [4]).

Thucyd. V. c. 79. *Καττάδε ἔδοξε τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀργείοις σπονδὰς καὶ συμμαχίαν εἶμεν* [5]) *πεντήκοντα ἔτη, ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις δίκας διδόντας καττὰ πάτρια. ταὶ δὲ ἄλλαι πολίες ταὶ ἐν Πελοποννάσῳ κοινανεόντων τᾶν σπονδᾶν καὶ τᾶν συμμαχιᾶν αὐτονόμοι καὶ αὐτοπολίες, τὰν αὐτῶν ἐχόντες καττὰ πάτρια δίκας διδόντες τὰς ἴσας καὶ ὁμοίας. ὅσσοι δὲ ἔξω Πελοποννάσω* [6]) *Λακεδαιμονίοις συμμάχοι ἐντί, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐσσούνται* [7]) *τοῖσπερ καὶ τοὶ Λακεδαιμόνιοι· καὶ τοὶ τῶν Ἀργείων συμμάχοι ἐν τῷ αὐτῷ ἐσσούνται τῷπερ καὶ τοὶ Ἀρ-*

σιω σύματος ἐπιμεληθῆμεν χρῆν τοῖς Ἐπιδαυρίοις (sacrificium dei curare debent Epidaurii). Dativum ex verbo χρῆν pendentem (cfr Eur. Ion. 1317, Sophocl. Ant. 736) nisi tuleris, cum Bekkero τὼς Ἐπιδαυρίως legas. Atque e scripturæ compendio archetypi non intellecto facile ortæ sunt mutilatæ reliquiæ εμεν l. ειμεν primariæ formæ ἐπιμεληθῆμεν. Quomodo χρῆν et λῆν inter se confundi potuerint, codices compendio scripti docent. Nam si λην per ϗ scribitur et χρην per χ̄ρ, facile linea quadam amissa vel obscurata ϗ = λ pro χ (has literas inspicias velim in libro Wattenbachii, qui Anleitung zur griech. Palæographie inscribitur) legi potuit a librario festinante.

Codicum lectionem αὐτως ὀμόσαι in αὐτῶς ποιήσαι mutavi, ne omne vestigium verbi ὀμόσαι, quod vix pro glossemate ad ὅρκον δόμεν adscripto haberi possit, prorsus tollerem, præsertim quum hoc modo me aptæ sententiæ satis inservisse existimem. Præterea pronomen αὐτώς, sive ad δόμεν sive ad ποιήσαι refertur, languet.

[1]) Pro ἀλεξέμεναι æolico infinitivo propter similitudinem ceterorum infinitivorum συμβαλέσθαι, βωλευέσθαι, δικαζέσθαι formam ἀλεξέσθαι posui, nisi præferas ἀλέξεν. — ἀλέξην autem ab Ahrensio commendatum pro æolico habeas.

[2]) Ita Ahrensius, cfr βωλευομέναις Franzii elem. epigr. 77.

[3]) κα ἄλλο Ahrensius pro codicum lectione καὶ ἄλλο legit, et κα particulam requirit conjunctivus δοκῇ.

[4]) ἀπιάλλεν pro æolico ἀπιάλλην codicis *B* lego, ἀπιάλλειν in reliquis libris est.

[5]) Quum et hic et in superiore capite codices εἶμεν præbeant, utroque loco codices secutus sum, neque jure Ahrensius capiti 77 ἦμεν tribuens in c. 79 εἶμεν retinuit. Nulla enim justa causa esse potest, cur dialectus foederis vulgari cuidam doridi (Ahrens. dor. dial. II, p. 406) tribuatur, neque a dialecto Argivorum illud ἦμεν est alienum, ut ex Caueri Del. 17 perspici potest. Sin autem codicum scripturas inspiciemus, æque bene vel æque male formas vetustiores et decretum et foedus servasse apparebit.

[6]) Præjudicatæ opinioni indulgens Ahrensius hic et paullo infra "e bonis libris" Πελοποννάσου recepit, sed idem unus codex C, qui in superiore capite, etiam hic Πελοποννάσω servavit.

[7]) Sic boni libri et hic et supra, quam ob rem utroque loco hanc retinui formam.

γείοι, τὰν αὐτῶν ἐχόντες. αἰ δέ ποι στρατείας δέῃ κοινᾶς, βωλευέσθαι [1]) Λακεδαιμονίως καὶ Ἀργείως [2]) ὁπᾶ [3]) κα δικαιότατα κρινάντας τοῖς συμμάχοις. αἰ δέ τινι τᾶν πολίων ᾖ ἀμφίλογα ἢ τᾶν ἐντὸς ἢ τᾶν ἐκτὸς Πελοποννάσω, αἴτε περὶ ὅρων αἴτε περὶ ἄλλου τινὸς, διακριθῆμεν· αἰ δέ τις τῶν συμμάχων πόλις πόλι [4]) ἐρίζοι, ἐς πόλιν ἐλθέν, ἅν τινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πολίεσσι δοκίοι [5]). τὼς δὲ ἔτας [6]) καττὰ πάτρια δικαζέσθαι.

Xen. Hell. I. 1, 23: ἔρρει τὰ καλά [7]). Μίνδαρος ἀπεσσύα [8]). πεινᾶντι τὤνδρες, ἀπορίομες [9]), τί χρὴ δρῆν [10]) (cfr Plut. Alcib. c. 28).

---

[1]) βωλευέσθαι, ut in superiore capite βωλευσαμένως, scribendum censeo.

[2]) Ad similitudinem ejusdem et similium terminationum in hoc et superiore capite occurrentium cum Stahlio redegimus accusativi formas codicum Λακεδαιμονίους et Ἀργείους.

[3]) cfr Ahrens. dor. dial. II p. 34.

[4]) Codices πόλει habent, sed πόλι, quod dialectus ipsa requirit, magis convenit cum reliquis ejusdem vocis formis, πολίων πολίεσσι, πολίας, hoc eodem loco lectis.

[5]) Ahrensius ex uno codice optativum δοκοίη recepit, quem a doride alienum non esse forma ἀδικοίη (vid. Franzii elem. epigr. 77) satis declarat, sed in plurimorum codicum lectione δοκείοι latere videtur δοκίοι.

[6]) Codicum lectionem τοῖς δὲ ἔταις, quæ propter infinitivum medii δικαζέσθαι haud facile ferri potest, in τὼς δὲ ἔτας Stahlius correxit; quam emendationem scholiastæ interpretatio: τοὺς δὲ πολιτευομένους ἐν μιᾷ ἑκάστῃ πόλει δι' ἀλλήλων λύειν τὰ διάφορα vel maxime comprobat.

[7]) Bergkius (Zeitschr, f. Alt. W. 1852 p. 9) loco Aristophaneo (Lysistr. v. 1252) ductus, ubi κᾶλα legitur, quam vocem scholiasta πλοῖα significare annotat, etiam hic κᾶλα legendum censet, Lacedæmonios rhetoricas loquendi formulas aspernatos esse affirmans, sed non credo poetice loquentem Hippocratem potius inducere decere. Præterea vox, quæ est κᾶλον, navem significans nullo alio loco neque in poetica neque in prosa oratione invenitur. Placet vero copiosius de hoc loco disserere, quia editores fere omnes emendationem illam Bergkii temere amplexi sunt. Vulgata enim lectio primum eo defenditur, quod illud τὰ καλά Lacedæmoniis valde frequentatum loquendi genus fuit (cfr Platonis Alcib. 148 C: Λακεδαιμόνιοι ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἑκάστοτε παραπλησίαν εὐχὴν εὔχονται, τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοὺς θεοὺς διδόναι κελεύοντες αὖ σφίσιν αὐτοῖς), bonam et felicem condicionem generatim significans. Ac per se apparet potestatem illius τὰ καλά non minus late patere quam adjectivi ipsius καλός, quare Breitenbachius (in editione majore, Gothæ 1853) angustis finibus hujus vocis vim terminavit, omnisque ejus expeditio hujus loci perversa est, dicentis in vulgari scriptura hanc inesse sententiam: "rempublicam esse deperditam". Nihil quidem aliud sibi volunt illa verba quam hoc: victi sumus, fortuna est adversa, male res geritur, οὐ καλῶς ἔχει, cfr Hell. V, 2, 14: ἐὰν τἀκεῖ καλῶς γένηται. Atque exempla non prorsus diversa etiam alibi leguntur, ut in Soph. El. 925: τἀκείνου δέ σοι σωτήρι' ἔρρει. ἔρρει τὰ ἐμά (Cyrop. VI, 1, 3), ἔρρει τὰ ἐμὰ πράγματα (Conv. 1. 15). Sed etiamsi permultis locis illud τὰ καλά ad reipublicæ statum significandum aut ad honores indicandos adhibeatur e. g. Hell. V, 1, 16: καὶ ἡ πόλις τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ καλὰ ἐκτήσατο. Resp. Lacedæm. 3, 9: εἴ τις ταῦτα φύγοι, μηδενὸς ἔτι τῶν καλῶν τυγχάνειν ἐποίησε, ib. 4, 4: τυγχάνοντες τῶν καλῶν,

Xen. Hell. III, 3, 2: ὁ ἀδελφός κα[1]) ὡς βασιλεύοι — — — — ὅτι ὃν τὺ καλεῖς πατέρα — — — — — ἀλλ' ὁ Ποτειδὰν ὡς μάλα σευ ψευδο-

---

Xen. Mem. III, 1, 1: τοὺς ὀρεγομένους τῶν καλῶν, minime ita semper fit. In Xen. Cyrop. V, 3, 17: τύχοιεν πάντων τῶν καλῶν justa funebria eadem voce significantur. Neque minus in Apophthegm. Lac. p. 291, 52: Νὴ τὼ σιὼ ἴσασι μὲν οἱ Ἀθηναῖοι τὰ καλά, οὐ πράσσουσι δέ. et pag. 291, 62: ποῖά τινα τὰ ἐν Ἀθήναις, πάντα, εἶπε, καλά, latissime patet hujus vocis vis. Quocirca concludere licet illud τὰ καλά optima vel præclarissima quæque omnino significans serie orationis sola reipublicæ statum et honores designare posse neque in verbo ipso tam restrictam inesse potestatem. Minime igitur decet suspicari eum, qui ex Asia Lacedæmonem ad ephoros epistolam mittat, qua illos certiores faciat de cladibus in Hellesponto et ad Cyzicum acceptis, verbis illis ἔρρει τὰ καλά de totius reipublicæ statu, sed tantummodo de angustiis exercitus bello devicti velle narrare, ut ex verbis Plutarchi proxime antecedentibus: ἑάλω δέ καὶ γράμματα λακωνικῶς φράζοντα τοῖς ἐφόροις τὴν γεγενημένην ἀτυχίαν plane perspicitur. Quare nihil perversius est quam τὰ καλὰ "Sparta's Ruhm, Herrlichkeit" germanice reddere (cfr Xenophons Hellenika erkl. von Breitenbach, Berlin 1873, l. c.).

[8]) Contra aoristi formam ἀπεσσούα multum disputavit sagacissimus doricæ dialecti investigator Ahrensius eamque plane rejecit (dor. dial. p. 147, Philol. VI, 643 sqq.), at tamen injuria, opinor. Præbet enim cod. B (Parisinus n. 1738) lectionem ἀπεσσύα (vid. Xen. Hell. von Breitenb. p. 157), quam comprobat vulgata codicum lectio ἀπεσσούα, quæ jam ea ætate, qua υ per ου a Lacedæmoniis scriberetur, in codices irrepsisse potest, ut in Alcmanis fragm. 6 φούκεσσι pro φύκεσσι unus codex habet. Neque minus eodem inclinant depravatæ formæ ἀπέσσιται, ἀπέσσονα et Hesychianum ἀπεσσία, quod verbis ἀνέστη (sic enim pro ἄνεσις legendum censeo) καὶ ἀπέδρα, ἀπηλλάγη, ἠφανίσθη redditur. Eustathius quoque glossam ἀπέσσονα verbis ἀφώρμησεν, ἀπῆλθε, τέθνηκε interpretans et grammaticus quidam in Bekkeri Anecd. I, 422, 21 ἀπέσσυα· ἐξέλιπεν afferens scripturam ἀπεσσία confirmant. Ahrensio ἐσσύην ne græcum quidem haberi posse dicenti non possum assentiri. Neque enim magis mira est forma ἐσσύην ex σεύω, quam ἐρρύην ex ῥέω l. ῥέϜω. Pro ἀπεσσύα Ahrensius olim formam ἀπέστα substituit, quæ saltem probabilis est, postea vero (Philol. VI pag. 649) Theocritei carminis IV versu 39 commotus, ubi ἀπέσβας vulgata est lectio — codex tamen princeps, Ambrosianum dico, solam probabilem formam ἀπέσβης (cfr Theocriti carmina ed. Ziegler, l. c.) exhibet — priore emendatione relicta ἀπέσβα proposuit e radice σϜα vel σβα, sed vix alia radix quam σβη l. σβε et σβες (vid. Morphologische Untersuchungen von Osthoff u. Brugmann, pag. 19 sqq.) ullius græcæ dialecti propria fuisse statui potest. Forma igitur ἀπέσβας "hyperdorica" est, si quidem ulla. Nam in ἔσβην, si pro ἐσβεσ-ν est, η productioni suppletoriæ debetur, sin minus radici σβη est tribuendum.

[9]) Justam et doricam formam ἀποριόμες idem codex Parisinus etiam servavit, quam confirmat lectio Aldina ἀπορειόμες pro vulg. ἀπορέομες.

[10]) Pro ὁρᾶν Dindorfius et Hermannus ὁρῆν scripserunt (vid. Xenophontis Hellenica ed. Breitenbach, annot. crit.), quam formam etsi in inscriptionibus reperire mihi non contigit, verborum contractorum in άω analogia maxime adducor, ut probem.

[1]) Optativus cum particula κα pro imperativo est positus ut in inscriptione elea (C. I. 11).

μένω[1]) *κατεμάννσεν ἐκ τῶ θαλάμω*[2]) *ἐξελάσας εἰς τὸ φανερὸν τὸν σὸν πατέρα.*

Xen. Hell. IV, 4. 10: *ναὶ τὼ σιώ, Ἀργεῖοι, ψευσεῖ*[3]) *ὑμὲ τὰ σίγματα ταῦτα, χωρεῖν ὁμόσε.*

Demosthenis oratio (XVIII) de corona §§ 90 et 91: *ἐπὶ ἱερομνάμονος Βοσπορίχω Λαμάγητος ἐν τᾷ ἁλίᾳ ἔλεξεν ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥάτραν, ἐπεὶ δὴ ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων ἔν τε τοῖς προγενομένοις καιροῖς εὐνοέων διατελεῖ Βυζαντίοις καὶ τοῖς συμμάχοις καὶ συγγενέσι Περινθίοις καὶ πολλὰς καὶ μεγάλας χρήας παρέσχηται, ἔν τε τῷ παρεστακότι καιρῷ Φιλίππω τῶ Μακεδόνος ἐπιστρατεύσαντος ἐπὶ τὰν χώραν καὶ τὰν πόλιν ἐπ' ἀναστάσει Βυζαντίων καὶ Περινθίων καὶ τὰν χώραν δαίοντος καὶ δενδροκοπέοντος, βοαθήσας πλοίοις ἑκατὸν καὶ σίτῳ καὶ βέ-*

---

[1]) Pro *σοι ψευδομένῳ*, ut in codicibus est, editores nunc legunt *σευ ψευδομένω;* horum casuum confusio quomodo fieri potuerit, satis declarat illud Gregorii Corinthii (De dialectis ed. Schæferi pag. 191): *ἀντὶ γενικῆς τῶν ἑνικῶν τῆς εἰς ου ληγούσης ἀπὸ τῆς εἰς ος εὐθείας τῇ δοτικῇ αὐτῶν χρῶνται.*

[2]) E codice E Dindorfius *τῶ θαλάμω* pro *τοῦ θαλάμου* recepit.

[3]) E vulgata lectione *ψεύσει* accentu mutato Dindorfius vere doricum effecit futurum *ψευσεῖ.*

Dem. or. 18. Contra Ahrensium (dor. dial. pag. 21) affirmantem a Byzantiorum dialecto, quum mitiore uterentur, aliena esse *ω* et *η* in his: *Βοσπορίχω, βωλά, Φιλίππω, τῶ, τὼς νόμως, τὼς τάφως, τῶ δάμω, τὼς στεφάνως, ἦμεν* primum cum Dindorfio respondere possumus "valde imperfectam esse quam hodie habemus dialecti Byzantiorum notitiam", nam ex inscriptione (C. I. 2060), ætate Tiberii imperatoris facta, nihil pro certo affirmari potest de dialecto, qua uterentur plus trecentis annis ante Byzantii, deinde commemorandum est, etiamsi in titulis et Megarensium et Byzantiorum mitior vel recentior sit dialectus, hoc titulorum seriori ætati esse tribuendum non ipsi naturæ dialecti, denique non dubitari potest, quin Byzantii tum, quum colonia ducta est, severiore doride usi sint. Quod si ita est, in locis tam remotis facillime integer permansit vetustior loquendi usus, quia propinquitas Athenarum non tam valeret ad dialectum mutandam quam in civitatibus finitimis Peloponnesi. Difficilius videri potest probabiliter formas defendere, quæ sunt *ἐξείλετο, κατοικεῖν, ἐθέλουσι, ἀλειτουργήτοις, λειτουργία, στεφανούμενος, ἀποστεῖλαι.* Atqui terminatio infinitivi *ειν* non ita sero in doricam dialectum irrepsisse videtur, *κατοικεῖν* igitur retineatur, nisi malis *κατοικέν.* Cnm Dindorfio *κατοικέειν* et *διατελέει* propter participia *εὐνοέων* et *δενδροκοπέοντος* legere pravum est, ut vulgaris usus, inscriptionibus probatus, docet. Injuria autem in dubitationem vocatur *ἀποστεῖλαι*, quod in inscriptione Corc. 1845 etiam legitur, ne commemorem *ἀπεστείλαν* Caueri Del. 62. Neque repugnant tales formæ, quales sunt *ἀνάγγειλα(ν)* Delph. 1693, *διαφθείρας* Corcyr. 1838 b, *παρανγέλωντι* Caueri Del. 42 *A*, *παραγγείλωντι* ib. 44 *A* lin. 76. Contra neque *ἀποστῆλαι* neque consimilis forma in titulis reperitur, quamquam aliter suspicatur Ahrensius (dor. dial. § 20, 4). Dativis *εἰσάγωσι* et *ἐξάγωσι* (C. I. 2558) *ἐθέλωσι* comprobatur, sed nisi in inscriptionibus creticis non occurrunt ejusmodi formæ, atque, ut ex tabulis Heracleensium concludere possumus, terminatio *-ασσι* severioris doridis propria

λεσι καὶ ὁπλίταις. ἐξείλετο ἁμὲ ἐκ τῶν μεγάλων κινδύνων καὶ ἀποκατέστασεν τὰν πάτριον πολιτείαν καὶ τὼς νόμως καὶ τὼς τάφως, (91) δεδόχθαι τῷ δάμῳ τῷ Βυζαντίων καὶ Περινθίων Ἀθηναίοις δόμεν ἐπιγαμίαν, πολιτείαν, ἔγκτασιν γᾶς καὶ οἰκιᾶν, προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν, πόθοδον ποτὶ τὰν βωλὰν καὶ τὸν δᾶμον πράτοις μετὰ τὰ ἱερά, καὶ τοῖς κατοικεῖν ἐθέλουσιν τὰν πόλιν ἀλειτουργήτοις ἦμεν πασᾶν τᾶν λειτουργιᾶν, στάσαι δὲ καὶ εἰκόνας τρεῖς ἑκκαιδεκαπήχεις ἐν τῷ Βοσπόρῳ, στεφανώμενον τὸν δᾶμον τὸν Ἀθηναίων ὑπὸ τῶ δάμω τῶ Βυζαντίων καὶ Περινθίων, ἀποστεῖλαι δὲ καὶ θεαρίας ἐς τὰς ἐν τᾷ Ἑλλάδι παναγυρίας, Ἴσθμια καὶ Νέμεα καὶ Ὀλύμπια καὶ Πύθια καὶ ἀνακαρύξαι τὼ στεφάνω

---

fuit, quæ quum per *-εσσι* et *-εσι* ad vulgarem et communem *-σι* pervenerit, jam eo ventum est, ubi vulgares formæ dominari coeperunt; neque plus dubitationis hic movere debet *ἐθέλουσι* quam *οὖσι* in decreto teio (Caueri Del. 60), ubi et *βωλά* et gen. in *-ω* et acc. in *-ως* simul leguntur.

Voces *ἀλειτούργητος* et *λειτουργία* ex attica dialecto asciscere potuerunt Dores, cfr Caueri Del. n. 67, IV lin. 29: *λειτουργέν*. — *στεφανούμενον* autem non defendi potest simul cum *βωλά* aliisque vocabulis ejusdem generis positum, sed in *στεφανώμενον* est corrigendum, et in codice uno, a Voemelio Aug. 4 notato, *στεφανόμενον* legitur, ut pro *βωλᾶς* in nonnullis libris *βολᾶς*. Prorsus vulgares formas in hoc decreto inveniri, non est, quod valde mireris, si memineris duplicem scripturam unum quodque fere verbum in uno alterove codice præbere, e. g. *τᾶς βολᾶς* Chalk. *δᾶμος* ib., quod studium orationis in atticam dialectum transferendæ primariam lectionem facile amovit. Ita enim *ῥήτραν* pro *ῥάτραν* irrepsisse videtur, cfr *Ϝράτρα* C. I. 11 et *χρείας* pro *χρήας*, cfr C. I. 2060; *βοηθήσας* Ahrensius merito in *βοαθήσας* correctum vult, prave autem Sauppius et Voemelius æolicum *βοηθήσαις* e lectione *βοηθῆσαι* codd. *Σ*, Laur S. F. *Φ, ν.* proponunt, cfr doricas formas *βοαθίοσιν* Cauer. Del. 41, *βοαθεῖν* ib. 60, *βοαθησεῖ* ib. 61.

ἑκκαιδεκαπήχεις Dindorfius in *ἑκκαιδεκαπάχεις* correxit, sed simul cum numerali *τρεῖς* (dor. *τρῖς*) posita aliquantum defenditur vulgata lectio. Ex Atticis enim ratiocinandi et metiendi verba omnino ascivisse videntur ceteræ quoque græcorum gentes. — *θεωρίας* conjectura est Reiskii pro codicum *δωρίας* l. *δωρεάς*, et quamquam *θεωρός* in titulis non deest e. g. C. I. 1693, 2860, 3656, *θεαρός* autem C. I. 1756, 1757 (Locris) *θεαροδόκος* C. I. 1193 (Argolis), 2670, *θεαροδοκία* 2329, *θεαρίς* 3538, antiquior forma *θεαρίας* hic præferenda est. *πανηγύριας* libri omnes habent, *παναγύριας* Dindorfius legit, quod quidem magis dorice sonat, cfr *τᾶς παναγύριος* Caueri Del. 13, lin. 107 et 114 *παναγυριάρχας* C. I. 2186, 2188.

Pro vulgata lectione *ἡμῶν*, quæ propter superius *ἁμέ* (cod. *Σ*: *αμε*) ferri non potest, *ἁμῶν* scripsi, præsertim quum codices multi *Σ*, Laur s, cet. *ὑμῶν* præbeant, quod saltem alienum est. Ac ne cum Ahrensio *ἁμέων* requiras, confer Caueri Del. nn. 50, 51, 63: *παρ ἁμῶν, ποτ ἁμῶν* C. I. 1464, unde satis apparet *ἁμῶν*, non semper genitivi possessivi loco usurpari.

Pro conjunctivi forma insolita *ἐπιστέωνται*, quæ nullo pacto defendi ferrive potest, *ἐπιστῶνται* proposui, nisi præferas futurum *ἐπιστησόνται*. Hæc fere habui, quæ contra Ahrensium afferrem. Sed jam ad reliqua pergamus.

ὅσοις στεφανῶται ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων ὑφ' ἁμῶν, ὅπως ἐπιστῶνται οἱ Ἕλλανες πάντες τάν τε Ἀθηναίων ἀρετὰν καὶ τὰν Βυζαντίων καὶ Περινθίων εὐχαριστίαν.

Demosthenis oratio (XXI) in Mediam § 52: περὶ ὑγιείας θύειν καὶ εὔχεσθαι Διὶ ὑπάτῳ, Ἡρακλεῖ, Ἀπόλλωνι προστατηρίῳ, περὶ τύχας ἀγαθᾶς Ἀπόλλωνι ὑγιεῖ, Λατοῖ, Ἀρτέμιτι καὶ κατ' ἀγυιὰς κρατῆρας ἱστάμεν καὶ χοροὺς καὶ στεφανηφορεῖν κατὰ τὰ πάτρια θεοῖς Ὀλυμπίοις πάντεσσι καὶ πάσαις, ἰδίας δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνισχόντες, καὶ μνασιδωρεῖν.

Ἀθηναίων, -οις Dindorfius in *Ἀθαναίων, -οις* mutavit, sed *Ἀθηναῖος* in inscriptionibus ex diversissimis locis collatis legitur, *Ἀθαναῖος* in nulla, in duabus autem Boeoticis (C. I. 1562, 1583) *Ἀθανεῖος* est.

προγεγεναμένοις ita Schæfer, quem secuti sunt Voemelius, Lipsius, Bekker, sed quoniam *προγενομένοις* (Laur S vulg. pr Ω) aut *προγεναμένοις* (Σ, Y, Φ) libri habent, *προγενομένοις* legendum censeo. Præterea confer Caueri Del. 44 *A*: ἐπιτελέων δὲ τᾶν εὐχᾶν γενομενᾶν θυσίαν. Participii autem forma γεγεναμένος apud Pindarum solum (Ol. VI, 53) invenitur, at in tab. Heracl. II, 20 γεγενημένος est, παραγεγενημένων Caueri Del. 44 *A*, γεγενημένᾳ ib., γεγενημέναν ib. 67.

In paragrapho 91 codices inter δεδόχθω et δεδόχθαι variant, sed si inscriptiones græcas perlegeris, in tertia quaque inscriptione, prope dicam, δεδόχθαι in ejusmodi orationis transitu semper fere adhibitum invenies, ut nulla dubitatio esse possit, quin infinitivus imperativo hoc quoque loco sit præferendus. Inspice e. g. Rang. 411, 413—447, 466, 468, 469, 474 cet. et in hac ipsa oratione §§ 29, 84, 116, 118, 165.

πεδά pro Valerii conjectura *μετά*, quæ similibus decretis nititur (ac vere in C. I. 2053 eadem prope verba leguntur: ἔφοδον ἐπὶ τὰν βουλὰν καὶ τὸν δᾶμον πρᾶτοις μετὰ τὰ ἱερά), Voemelius et Lipsius amplexi sunt, ideo quod ad vestigia codicum, ubi est *παρα*, propius accedat, sed perrara est præpositio illa *πεδά* [C. I. 1569 (Boeot.)] neque ita ut hic adhibita invenitur.

τὼ στεφάνω vulgata lectio codicibus sola commendatur, *τὼς στεφάνως* Reiskius conjecit sequenti pronomine *ὅσοις*, pluraliter dicto, maxime adductus, opinor, sed de hac re Krüger satis agit in grammatica sua, § 58, 2 n. 10. In enuntiatione relativa a pronomine *ὅσοις* incepta *στεφανῶται* legendum censeo, ut est in Ald. V, quam lectionem codex Σ: *οσοι στεφανωιται* et Laur S: *οσοι στεφάνωιαι* magnopere comprobant.

Dem. or. 21 § 52. In his oraculi responsis infinitivus in *ειν* exiens recte ponitur, nam in plurimis inscriptionibus Delphicis vulgaris infinitivi forma occurrit e. g. *ὑπάρχειν* Rang. 712, 714, *δώσειν* 713, *κολάζειν* 913 cet. — Unus titulus, C. I. 1688, *φέρεν, ἐνοικέν* præbet, sed est illud decretum primo anno Olymp. 100 factum (vid. Boeckh, Corpus Inscript. I, pag. 807), recentiores autem et tituli enumerati et orationes nostræ sunt. Orationem enim XXI Dionysius tradidit anno quarto Olymp. 107 conscriptam esse (vid. Buttmanni editionem quintam pag. 25). Ad similitudinem formæ *Λατοῖ* in oratione XXI codicum scriptura *Λητοῖ* orationis XLIII sine dubio est revocanda, quum recentiores formas quam prior hæc posterior oratio omnino non adhibeat. Pro *Ἀρτέμιδι* severior quidem doris *Ἀρτάμιτι* (cfr *Ἀρτάμιτος* C. I. 1688) et mitior (cfr C. I. 1416) *Ἀρτέμιτι* postulat; attica igitur forma librario tribuenda videtur.

Simul tractabimus locum simillimum orationis in Macartatum (XLIII) § 66: *συμφέρει Ἀθηναίοις περὶ τοῦ σημείου τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ γενομένου θύοντας καλλιερεῖν Διὶ ὑπάτῳ, Ἀθηνᾷ ὑπάτᾳ, Ἡρακλεῖ, Ἀπόλλωνι σωτῆρι, καὶ ἀποπέμπειν Ἀμφιόνεσσι περὶ τύχας ἀγαθᾶς, Ἀπόλλωνι ἀγυιεῖ, Λατοῖ, Ἀρτέμιτι καὶ τὰς ἀγυιάς κνισῆν, καὶ κρατῆρας ἱστάμεν καὶ χοροὺς, καὶ στεφανηφορεῖν καττὰ πάτρια θεοῖς Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίαις πάντεσσι καὶ πάσαις δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνισχόντας, μνασιδωρεῖν καττὰ πάτρια· ἥρῳ ἀρχαγέτᾳ, οὗ ἐπωνύμοι ἐστε, θύειν καὶ δωροτελεῖν καττὰ πάτρια· τοῖς ἀποφθιμένοις ἐν ἱκνουμένᾳ ἁμέρᾳ τελεῖν τοὺς ποθηκόντας καττὰ ἀγημένα.*

Plutarchi vitæ. Lycurgus, c. 6, 2: *Διὸς Σκυλλανίω καὶ Ἀθανᾶς Σκυλλανίας ἱαρὸν ἱδρυσάμενον, φυλὰς φυλάξαντα καὶ ὠβὰς ὠβάξαντα τριάκοντα, γερωσίαν σὺν ἀρχαγέταις καταστήσαντα, ὥρας ἐξ ὥρας ἀπελλάζεν μεταξὺ Βαβύκας τε καὶ Κνακιῶνος, καὶ οὕτως ἐσφέρεν τε καὶ ἀφιστάσθαι. δάμῳ δὲ κυρίαν ἦμεν καὶ κράτος.*

Lyc. 6, 7: *αἰ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος ἕλοιτο τὼς πρεσβυγενέας καὶ ἀρχαγέτας ἀποστατῆρας ἦμεν.*

Præpositio *κατά* sine apocope posita etiam ante articulum multis exemplis defenditur, ut *κατὰ τὰ πάτρια* Rang. 740 (Calauria), *κατὰ τὸν νόμον* Rang. 907, 908, 909; 910 (Delphi) cet. Contra in C. I. 1688 *καττοῦ* legitur, quæ ratio in or. XLIII valet, ubi codicum lectio *καὶ τά* depravationem primariæ lectionis *καττά* indicat, neque dubitavit Buttmannus etiam in oratione XXI *καττά* legere. — *πάντεσσι* dativi exitum antiquissimum præbet, ut est in C. I. 1688, *ἐμ πάντεσσι τοῖς ἀγώνεσσι* Rang. 733, contra *ἐμ πᾶσι τοῖς ἀγῶσιν* Rang. 707, 708, 714. — Conjunctionem *καί* ante *μνασιδωρεῖν* Buttmannus ex oratione XXI explosit, sed quum cetera verba conjunctione illa connectantur, prorsus non est, cur hic rejiciatur, potius in oratione XLIII legere vellem *καὶ, δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνισχόντας, μνασιδωρεῖν καττὰ πάτρια* cet. — Vulgatam lectionem *ἀρχηγέτᾳ* propter sequens *ἀγημένα* in *ἀρχαγέτᾳ* correxi, cfr *ἀρχαγέταν* Caueri Del. n. 63 et *ἀρχαγέτᾳ* ib. 61. Pro *ποθηκόντας* Dindorfius *ποθίκοντας* legit, quod probat Laconicum *ποθικ(όντ)ες* Caueri Del. n. 2 *B*, sed propter *ἥκω* C. I. 5149 (Cyrenæ) codicum lectionem retinui. De *ἱκνουμένᾳ* confer *ἀφικνουμένοις* C. I. 1693 (Delphi).

Lyc. 6, 2. Quum, quid sibi velint cognomina præterea ignota *Συλλανίου* et *Συλλανίας*, non satis appareat, ad emendationes editores confugerunt *Ἑλλανίου* et *Ἑλλανίας* proponentes, sed cur nomina per se ipsa perspicua in obscuriora sint mutata, etiam minus intelligitur. Melior vero emendatio a Papio in lexico propriorum nominum ad vocem *Συλλάνιος* commemoratur *Σκυλλανίου* et *Σκυλλανίας*, quæ quidem glossa Hesychiana *Σκυλλονίς· ἡ πολεμική* sustinetur, maximeque consentiunt hæc cognomina cum consilio Lycurgi, qui Lacedæmonios rei militaris peritissimos reddere voluit. Propter vetustatem hujus responsi *Σκυλλανίω, ἱαρόν, γερωσίαν, ἀπελλάζεν, ἐσφέρεν* lego contra codices, quibus tamen hic ut in aliis exemplis doricis atticæ orationi immixtis plane non confidere possumus. *δάμῳ δὲ κυρίαν ἦμεν* Sintenisius e codicum depravata scriptura: *γαμω δὰν γοριᾶν ἦμεν* restituit.

Lyc., 19, 9: *αἴ κα πτωχοὶ μένητε καὶ μὴ μέζων ἅτερος θατέρω ἐρῆτε ἦμεν* (cfr Mor. p. 281, 27).

Lyc., 19, 10: *Οὔ κα εἴη ἀτείχιστος πόλις, ἅτις ἀνδράσι καὶ οὐ πλίνθοις ἐστεφανῶται* (cfr Mor. p. 281, 28).

Lyc., 20, 3: *ὁ τὶν ἀνομοιότατος* (cfr Ap. Reg. p. 229) — — *καὶ τί μέγα — Ἀλείοι ποιοῦντι, δι' ἐτῶν πέντε ἁμέρᾳ μιᾷ χρωμένοι τᾷ δικαιοσύνᾳ.*

Lyc., 20, 4: *καλὸν ἦν τοι — ὦ ξένε, φιλοπολίταν καλείσθαι — — ὀρθῶς λέγεις· μόνοι γὰρ Ἑλλάνων ἁμὲς οὐδὲν κακόν μεμαθήκαμες παρ' ὑμῶν.*

Lyc., 20, 7: *αὐτᾶς — ἄκουκα τήνας.*

Lyc., 20, 7: *δικαίως — τεθνάκαντι τοὶ ἄνδρες. ἔδει γὰρ ἀφέμεν ὅλαν αὐτὰν κατακαᾶμεν.*

Lyc., 21, 3 (cfr Plut. Mor. Inst. Lac. p. 294, 15 et de se ipsum citra inv. laud. p. 659):

ἁμὲς ποκ' ἦμες ἀλκίμοι νεανίαι.
ἁμὲς δέ γ' εἰμές. αἰ δὲ λῇς, αὐγάδδεο.
ἁμὲς δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ καρρόνες.

Lyc., 21, 5: *ἕρπει γὰρ ἄντα τῶ σιδάρω τὸ καλῶς κιθαρίδδεν.*

Lyc. 6, 7. Bekker *εἶμεν* codicum lectionem in *ἦμεν*, ut supra legitur, correxit, et, ne fraus perspiceretur, cautio ipsa Polydori et Theopompi postulasse videtur, ut recentiorem dialectum dialecto ipsius rhetræ non adhiberent, quam ob rem etiam *τοὺς* in *τὼς* correxi.

Lyc. 19, 9. Pro *ἄν*, quod ab ætate Lycurgi prorsus est alienum, *αἴ κα* requiritur. E codicum lectione *ἐρατέημεν* Haitingerus *ἐρᾶτε ἦμεν* elicuit, dorica autem forma *ἐρῆτε* desideratur, quæ magis cum antiquis illis formis *θατέρω* et *ἦμεν* concinit; æolicum *μέσδων* in *μέζων* mutavi.

Lyc. 19, 10. Codicum *οὐκ ἄν* ex *οὔ κα* facile existere potuit, *κ* enim particulæ *κα* cum *οὐ* in unum vocabulum coaluit, *οὐκ* autem scripto consequens erat, ut librarius ad *α* literam *ν* adderet. — *ἀνδράσι* ex Morall, l. c. pro *ἀνδρείοις* substituere licet.

Lyc. 20, 3. *Ἠλεῖοι* codices habent, vere dorica forma est *Ἀλείοι*, ut C. I. 1607: *Ἀλεῖος* et C. I. 11 *Ϝαλείοις* ostendunt. *ποιοῦντι* in *ποΐοντι* mutare non ausus sum, mitior forma est ferenda.

Lyc. 20, 4. Pro *ἁμές* æolicum pronomen *ἄμμες* libri præbent, ut semper fere fit; *μεμαθήκαμεν* in *μεμαθήκαμες* etiam correxi, ut requirit doris antiquior.

Lyc. 21, 3. Doricum pronomen pro æolico *ἄμμες* hic ut alibi restitui, præsertim quum *ἄμες* in Inst. Lac. pag. 294, 15 legatur. Pro vulgata lectione *εἰμέν* l. *ἐσμέν* (Inst. Lac.) *εἰμές* legi, quod vere est in codice uno (cfr Bergk, poet. lyr. III, pag. 1303). Ceterum hoc postulat *ἦμες* in præcedenti versu occurrens. Ex locis duobus (Moral.) supra allatis veram lectionem *αὐγάδδεο* recepi, ad quam explicandam *πεῖραν λαβέ* adscriptum vel superscriptum fuisse credibile est. Poetica vero forma *ἐσσόμεσθα* versu ipso excusatur.

Lyc. 21, 5. Ne cum Scaligero *ῥέπει* desideres, confer *ἑρψῶ* Theocr. 5, 45, *ἑρψοῦμες* ib. 18, 40. *τῶ σιδάρω* postulat comparativa vis, quæ in verbis *ἕρπει ἄντα* inest. Est

Lyc. 25, 7: *αἴ κα τύχωμες δημοσίᾳ· αἴ κα ἀποτύχωμες ἰδίᾳ. — — (εἰ καλῶς ὁ Βρασίδας ἀπέθανε) καὶ τᾶς Σπαρτας ἀξίως.*

Lyc. 25, 8: *μὴ λέγετε, ὦ ξένοι· καλὸς μὲν γὰρ ἦν καὶ ἀγαθὸς ὁ Βρασίδας, πολλὼς δὲ ἄνδρας Λακεδαίμων ἔχει τήνω καῤῥόνας.*

Poplicola, 15, 7: *οὐ φιλάνθρωπος τύγ' ἐσσ', ἔχεις νόσον, χαίρεις διδούς.*

Themistocles 21, 4:

ἀλλ' αἰ τύγα Παυσανίαν ἢ καὶ τύγα Ξάνθιππον αἰνεῖς
ἢ τύγα Λευτυχίδαν, ἐγὼ δ' Ἀριστείδαν ἐπαινῶ,
ἄνδρ' ἱερᾶν ἀπ' Ἀθανᾶν
ἐλθεῖν ἕνα λῷστον ἐπεὶ Θεμιστοκλε' ἤχθαρε Λατώ,
ψεύσταν, ἄδικον, προδόταν, ὃς Τιμοκρέοντα ξεῖνον ἐόντα
ἀργυρίοισι κυβαλικοῖσι πεισθεὶς οὐ κατᾶγεν
ἐς πατρίδ' Ἰάλυσον,
λαβὼν δὲ τρί' ἀργυρίου τάλαντ' ἔβα πλέων εἰς ὄλεθρον,
τοὺς μὲν κατάγων ἀδίκως, τοὺς δ' ἐκδιώκων, τοὺς δὲ καίνων
ἀργυρίων ὑπόπλεος. Ἰσθμοῖ δὲ πανδοκεὺς γελοῖος ψυχρὰ κρέα παρεῖχεν.
οἱ δ' ἤσθιον κηύχοντο ὥραν μὴ Θεμιστοκλεῦς γενέσθαι.

Them. 21, 5: *μοῦσα, τοῦδε τοῦ μέλευς*
κλέος ἂν Ἑλλάνας τίθει,
ὡς ἐοικὸς καὶ δικαίον.

---

enim universa sententia hæc: ferro præstat egregie fidibus canere. Codicum lectionem *κιθαρίσδεν* in *κιθαρίδδεν* ut supra *αὐγάσδεο* in *αὐγάδδεο* mutavi.

Lyc. 25, 7. *τύχωμες* et *ἀποτύχωμες*: Bekker, Doemner et anonymus; in simillimo loco, Ap. Lac. pag. 285, *τύχωμεν* legitur.

Lyc. 25, 8. Comparato loco simili, Ap. Reg. pag. 229, vulgatas terminationes *ου* et *ους* in *ω* et *ως* corrigere licuit.

Them. 21, 4. In v. 4 *Θεμιστοκλέα* doricum accusativum pro æolico restitui, et sane cod. Fa *Θεμιστοκλέα* præbet; in v. 6 *κυβαλικοῖσι* Bergkii emendationem scripsi, quippe quæ ad vulgatam scripturam *σκυβαλικοῖσι* proxime accedat, cfr etiam Hesychium II p. 546. In versu 10 *ὑπόπλεος* legit Ahrensius (Rhein. Mus. II p, 459), non conveniens est forma Atticis solis usitata *ὑπόπλεως*. Hermanni (Op. V, 202) emendationem *πανδοκεύς*, quæ a codicum scriptura *δὲ πανδόκευε* l. *δ' ἐπανδόκευε* non multum abhorret, accepi, et pro participio *παρέχων*, quod hic in versibus dactylicis et trochaicis locum non habet, jam Blassius (Plutarch's ausg. Biogr. 3 Bd. 1) indicativum *παρεῖχεν* legit. Particulam *μή* loco suo facile motam in sedem aptiorem retraxi, ut evitarem duriorem hiatum. *Θεμιστοκλεῦς* genitivum metro maxime probatum neque a doride alienum etiam receptum velim. Ceteras mutationes a me factas ipsa carminis vetustas comprobat.

Them. 21, 5. Genitivus *μέλευς* (cfr C. I. 2905: *ὄρευς*) jam per se Rhodium poetam maxime decet, nec metrum non probat.

Them., 21, 6: οὐκ ἄρα Θιμοκρέων μόνος
ὁρκιατομεῖ Μήδοισιν,
ἀλλ' ἐντὶ κἄλλοι δὴ πονηροί,
οὐκ ἐγὼ μόνα κόλουρις·
ἐντὶ καὶ ἄλλαι ἀλώπεκες.

Alcibiades, 28, 8: vide supra Xen. Hell. I. 1, 23.

Pelopidas, 34, 6: *κάτθανε Διαγόρα· οὐκ ἐς τὸν Ὄλυμπον ἀναβησῇ.*

Aristides, 19, 8 (cfr Moral. de Herod. Mal. pag. 1063):

τόνδε ποθ' Ἕλλανες νίκας κράτει, ἔργῳ Ἄρηος
εὐτόλμῳ ψυχᾶς λήματι πειθόμενοι
Πέρσας ἐξελάσαντες, ἐλευθέρᾳ Ἑλλάδι κοινὸν
ἱδρύσαντο Διὸς βωμὸν ἐλευθερίου.

Philopoemen, 2, 2: *τι γὰρ ἄλλο (ἔφη δωρίζων ἐκεῖνος) ἢ κακᾶς ὄψιος δίκας δίδωμι.*

Flaminius, 12, 6:

Ζηνὸς ἰὼ κραιπναῖσι γεγαθότες ἱπποσύναισι
κοῦροι, ἰὼ Σπάρτας Τυνδαρίδαι βασιλεῖς,
Αἰνεάδας Τίτος ὑμὶν ὑπέρτατον ὤπασε δῶρον
Ἑλλάνων τεύξας παισὶν ἐλευθερίαν.

Flaminius, 12, 7:

τόνδε τοι ἀμβροσίοισιν ἐπὶ πλοκάμοισιν ἔοικε
κεῖσθαι, Λατοΐδα, χρυσοφαῆ στέφανον,
ὃν πόρεν Αἰνεαδᾶν ταγὸς μέγας. Ἀλλ' Ἑκάεργε,
ἀλκᾶς τῷ θείῳ κῦδος ὄπαζε Τίτῳ.

Them. 21, 6. Primum et ultimum versum pro dactyticis habeo, *μόνος* igitur propter *μόνα* quod statim sequitur cum Ahrensio scripsi. Ceterum Bergkii distributionem secutus sum (vid. poet. lyr. III pag. 1203), collocationem verborum *ὁρκιατομεῖ* et *Μήδοισιν* tantummodo commutans.

Arist. 19, 8. Ex hujus epigrammatis, mixta dialecto conscripti, variis lectionibus has doricas formas restituere licuit: *νίκας* (libri Plut. vit.), *ψυχᾶς* et *Ἕλλανες* (Anthol.). Versus 2 non in libris occurrens ex Mor. l. l. et Anthol. est restitutus.

Flam. 12, 6. Codicum scripturam *ὔμμιν*, errori librarii tribuendam, in doricum *ὑμίν* correxi et *Ἑλλήνων* in *Ἑλλάνων* propter *γεγαθότες*, *Αἰνεάδας*.

Flam. 12, 7. *ἔοικε* conjectura est pro *ἔθηκε*, nescio cujus.

Flaminius, 16, 5:

πίστιν δὲ Ῥωμαίων σέβομεν
τὰν μεγαλευκτοτάταν ὅρκους φυλάσσειν·
μέλπετε κοῦραι
Ζῆνα μέγαν Ῥώμαν τε Τίτον θ' ἅμα Ῥωμαίων τε πίστιν·
ἰήϊε Παιάν, ὦ Τίτε σῶτερ.

Pyrrhus, 26, 8:

τοὺς θυρεοὺς ὁ Μολοσσὸς Ἰτωνίδι δῶρον Ἀθάνᾳ
Πύῤῥος ἀπὸ θρασέων ἐκρέμασεν Γαλατᾶν
πάντα τὸν Ἀντιγόνου καθελὼν στρατόν. οὐ μέγα θαῦμα·
αἰχματαὶ καὶ νῦν καὶ πάρος Αἰακίδαι.

Pyrrhus, 26, 19: *αἰ μὲν ἐσσὶ τύ γα θεός, οὐδέν μὴ πάθωμες· οὐ γὰρ ἀδικίομες· αἰ δ' ἄνθρωπος, ἐσσείται καὶ τεῦ κάῤῥων ἄλλος.*

Pyrrhus, 28, 5: *οἶχε, Ἀκρότατε, καὶ οἶφε τὰν Χιλωνίδα· μόνον παίδας ἀγαθὼς τᾷ Σπάρτᾳ ποίει.*

Lysander, 14, 6: *ἑαλώκαντι ταὶ Ἀθᾶναι* (cfr Ap. Lac. pag. 282, 5) — — — *ἀρκεῖ τὸ γα ἑαλώκειν.*

Lysander, 14, 7: *τάδε τὰ τέλη τῶν Λακεδαιμονίων ἔγνω· καββαλόντες τὸν Πειραιᾶ καὶ τὰ μακρὰ σκέλη καὶ ἐκβάντες ἐκ πασῶν τᾶν πολίων τὰν αὐτῶν γᾶν ἐχόντες, ταῦτά κα δρῶντες τὰν εἰράναν ἔχοιτε, αἰ χρήδοιτε, καὶ τὼς φυγάδας ἀνέντες. περὶ τᾶν ναῶν τῶ πλήθεος, ὁκοῖόν τινα τηνεὶ δοκῇ, ταῦτα ποιεῖτε..*

Lysander, 18, 5: *τὸν Ἑλλάδος ἀγαθέας*
στραταγὸν ἀπ' εὐρυχόρου
Σπάρτας ὑμνησόμεν, ὦ
ἰήϊε Παιάν·

Flam. 16, 5. Pro *μετα λευκοτάταν* codicum Sintenisius *μεγαλευκτοτάταν* conjecit, quam conjecturam, quum ad codicum depravatam lectionem propius accedat, anonymi emendationi *μεγαλαλκεστάταν* prætuli; anonymi autem correctio *ὅρκοις* necessaria est.

Pyrrh. 26, 11. *γα, πάθωμες, ἀδικίομες, ἐσσείται* dixisse decet eum, qui *τῇ φωνῇ λακωνίζων* inducitur.

Lys. 14, 6. Codices *ἀλώκαντι* hoc loco præbent, sed ex Mor. l. c. *ἑαλώκαντι* formam antiquiore nota insignem recepi, et ita desiderat proxime sequens *ἑαλώκειν*.

Lys. 14, 7. In hoc ephororum decreto, quod antiqui sermonis naturam in ceteris perbene servavit, *τούς* in *τώς* mutavi propter sequens *τῶ, δοκέοι* in *δοκῇ* et *ποιέετε* in *ποιεῖτε*, soluta enim forma et a mitiore et a severiore doride est aliena. Haud sciam, an pro *πλήθεος πλάθεος* legendum sit, cfr C. I. 41, 3048.

Lys. 18, 5. *ἰή* in *ἰήϊε* mutàvi, ut plenior et concinnior fiat versus, languent præterea

Agesilaus, 11, 8: *οὐδὲν δεινὸν πείθειν ὑμᾶς ἐκεῖνον· ἐγὼ γάρ μοι δοκῶ τήναν τὰν μάχαν τὰν περὶ τῶ φιλάματος ἅδιον μαχέσθαι πάλιν ἢ πάντα, ὅσα τεθέαμαι, χρυσία μοι γενέσθαι.*

Agesilaus, 21, 5: *ἀλλ' οὐ τύ γα ἐσσὶ Καλλιπίδας ὁ δεικηλίκτας* (cfr Ap. Lac. pag. 259, 57).

Agesilaus, 21, 6: *αὐτᾶς ἄκουκα.*

Cleomenes, 2, 3: *ἀγαθός νέων ψυχὰς καταχονῆν.*

" 38, 3: *ὦ τέκνα, ποῖ ἐμόλετε;*

Demetrius, 9, 4: *οὐδεὶς — οὐδένα γὰρ εἶδον ἐπιστάμαν ἀποφέροντα.* — — — *ὀρθῶς λέγεις· οὐδένα γὰρ ἁμῶν δοῦλον ἀπολέλοιπας.*

---

duæ illæ interjectiones *ὦ* et *ἰή* ante *Παιάν* positæ (cfr etiam Flam. 16, 5 et Bergk, Poet. Lyr. III, p. 1313).

Ages. 11, 7. Bekker, Sintenisius, Doemner de codicibus tacentes *φιλάματος* legunt, quod probat *φίλαμα* Theocr. 15, 130 (cod. K), et formæ verbi *φιλάω* (*φιλα-ϳᾱμι*): *φιλάσω* Theocr. 3, 19, *ἐφίλαθεν* ib. 7, 60, *ἐφίλασας* ib. 15, 100 (vid. Morsbach, de dial. Theocr. pag. 12 sq.).

Ages. 21, 5. Formam *τυ* ex Mor. l. c. recepi et *γε* in *γα* mutavi.

Cleom. 2, 3. Hoc Leonidæ dictum ter apud Plutarchum legitur l. c., ubi codices Parisini *κακκανῆν* habent, Ap. Lac. pag. 291, 58: *κακανεῖν*, de solertia anim. pag. 1174, I: *κακκονεῖν*. In his omnibus locis verbum igitur est depravatum, quam ob rem editores valde contenderunt ad illud vel explicandum vel emendandum. Ac Sintenisius primo putavit *κακκανῆν* infinitivum esse verbi *κατακτείνω*, sed repugnat et significatio et forma. Postea autem idem *κακκαλῆν* proposuit (ausgewählte Biographien des Plutarch, Berlin 1865 — in editione Teubneriana, Lipsiæ 1869, *κακκανῆν* est retentum), quod pro *κακκαλεῖν* esset, debuit autem esse *κακκαλέν*, quamquam ne hujus quidem verbi significatio satis apta est huic loco. In editione Reiskiana *αἰκάλλειν*, blandiri legitur. Turnebus conjecit *ἀκονεῖν*, quod Blassius (vid. Plutarchs ausgew. Biographien, 5 Bd.), in *ἀκονῆν* correxit. Mezeriacus, conjectura *κακκονεῖν*, quod tertio loco supra allato libri præbent, nactus est, et hoc Wyttenbachius (Plut. Mor. I, 2 pag. 427) verum, ait, esse aut proximum vero. Et sane est proximum vero, nam ex vera scriptura *κατακονῆν* præceps et sedulus criticus, doricæ apocopæ memor, formam jam apocope affectam *κατ-ακονῆν* in *κακκονῆν*, unde sensim *κακκονεῖν* et *κακκανεῖν* orta sunt, depravavit neque consideravit *α* etiam ad verbum pertinere posse. Nec minus bene se habet *κατακονῆν* quam *κατετάμομες* tab. Heracl. I, 15. Postremum hanc emendationem probatam velim versu Horatii (de arte poet. 402 sq.), cujus animo illud Leonidæ obversatum fuisse videtur, scribentis et, ni fallor, aliquantum de græco convertentis:

"Tyrtæusque mares animos in Martia bella
versibus exacuit."

Ac vero plane significare debet *κατακονῆν* exacuere (vid. Eust. op. p. 295, 44), ut *κατακούειν* exaudire. Præterea confer Ap. Lac. pag. 288, 24: — *τὰν ἀκόναν τῶν νέων.*

Cleom. 38, 3. Verbo solo *μολεῖν* in prosa oratione Atticorum non frequentato dorica dialectus indicatur. Hi enim loci, Xen. An. 7, 1, 33, ubi Thebanus et Polyb. 30, 9, 5 ubi Rhodius loquens inducitur eo ipso excusationem habent.

Aratus c. 14, 2:

βουλαὶ μὲν καὶ ἄεθλα, καὶ ἁ περὶ Ἑλλάδος ἀλκὰ
τοῦδ ἀνδρὸς στάλαις πλάθεται Ἡρακλέους·
ἁμὲς δ' εἰκόν', Ἄρατε, τεὰν νόστοιο τυχόντες
στάσαμες ἀντ' ἀρετᾶς ἠδὲ δικαιοσύνας
σωτῆρος σωτῆρσι θεοῖς, ὅτι πατρίδι τᾷ σᾷ
δαμοσίαν θείαν τ' ὤπασας εὐνομίαν.

Plutarchi Moralia. De Fortuna pag. 117, 3:

νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα κωφὰ και τυφλά.

Consolatio ad Apollonium pag. 131, 15:

συνεκρίθη καὶ διεκρίθη κἀπῆνθεν, ὅθεν ἦνθεν, πάλιν,
γᾶ ὦν μὲν ἐς γᾶν πνεῦμ' ἄνω· τί τῶνδε χαλεπόν; οὐδὲ ἕν.
— — — νῦν ἁμές, προσθ' ἄλλοι ἐθάλλεον, αὐτίκα δ' ἄλλοι,
ὧν ἁμὲς γενεὰν οὐκέτ' ἐποψόμεθα.

Septem Sapientium Convivium pag. 178: *καὶ τύνη — βραδὺς καὶ τρέχεις τὸν ἡμίονον.*

Apophthegmata Regum pag. 210: *αἴ κα ταύταν ἕλω.*

„ pag. 228 (Charilli): *ναὶ τὼ σιώ, — κατέκτανόν τυ, αἰ μὴ ὠργιζόμαν.*

„ pag. 229 (Brasidæ): *ἀγνοεῖτε — ὦ ξένοι· Βρασίδας μὲν γὰρ ἦν ἀνὴρ ἀγαθός, ἁ δὲ Λακεδαίμων πολλὼς ἔχει τήνω καῤῥόνας* (cfr Lyc. c. 25, 8).

„ pag. 229 (Agidis): *ὁ τίνη ἀνομοιότατος* (cfr Lyc. 20, 3).

Arat. 14, 2. *ἁμές* pro *ἄμμες* et *στάσαμες* pro *στάσαμεν* scripsi. Pro librorum scriptura *δαίμον' ἴσον* Zeitzius *δαιμόνιον* conjecit, sed etiam hoc æque incommode et inaniter dicitur atque *δαίμον' ἴσον*, contra *δαμοσίαν* in codicum depravata scriptura latere arbitror. Et tale quidem vocabulum recte et necessario requiritur de libero reipublicæ statu, quem tyranno expulso Aratus, ipse tyrannorum inimicissimus (*πικρῶς μισοτύραννος* c. 10), instituit, postulatque sequens *τ'* adjectivum simul cum *θείαν* voci *εὐνομίαν* tributum.

De Fort. p. 117, 3. Ahrensius *νόος* legit, sed *νοῦς* et versu concinniore et codicibus defenditur (cfr de Alexandri Magn. fort. p. 412, de solert. anim. p. 1176).

Consol. ad Apoll. p. 131, 15. Propter versuum (iamb-tetr.) concinnitatem in altero versu particulam *ὦν* addidi, in reliquis Ahrensium secutus sum *ἀπῆνθεν* et *ἦνθεν* contra codices scribens, cfr *ἐνθὸν* Caueri Del. 24, Rang. 318. — Codices, ut vulgo, *ἄμμες*, scribendum *ἁμές*.

Ap. Reg. p. 228. Pro *τεῦ τυ* scripsi (cfr Ahrensii dor. dial. p. 255), *ναί* pro attico *νή* et *αἰ* pro *εἰ*.

Ap. Reg. p. 229. Codicum scripturam *τύνη* in *τίνη* mutavi ex analogia Lyc. c. 20, ubi est *τίν*.

Apophthegmata Reg. pag. 230, 6: *φεῦ τᾶς Ἑλλάδος — ἃ τοσούτως ὑφ' αὐτᾶς ἀπολώλεκεν, ὅσοις ἀρκεῖ τὼς βαρβάρως νικῆν ἁπάντας* (cfr Ap. Lac. pag. 258, 45).

" pag. 230, 9: *αὐτᾶς ἄκουκα πολλάκις* (cfr Ap. Lac. pag. 259, 58).

" pag. 230, 12: *μηδεμίαν πλαστὰν μηδὲ μιμηλὰν ποιησάσθαι.*

" pag. 230 (Archidami): *ὦ Ἥρακλες, ἀπόλωλεν ἀνδρὸς ἀρετά.*

Ap. Lac. pag. 257, 41: *Ἀγησίλαος τοῖς ἐφόροις χαίρειν· τὰν πολλὰν τᾶς Ἀσίας κατεστρεψάμεθα, καὶ τὼς βαρβάρως ἐλάσαμες, καὶ ἐν τᾷ Ἰωνίᾳ ὅπλα ἐποιήσαμες πολλά· ἐπεὶ δὲ κέλεσθέ με κατὰ τὰν προθεσμίαν παραγινέσθαι, ἕπομαι τᾷ ἐπιστολᾷ, σχεδὸν δ' αὐτὰν καὶ φθασῶ· ἄρχω γὰρ οὐκ ἐμαυτῷ ἀρχάν, ἀλλὰ τᾷ πόλι καὶ τοῖς συμμάχοις· καὶ τότε ἄρχων ἄρχει ἀλαθέως κατὰ δίκαν, ὅκκα καὶ ἄρχηται ὑπό τε νόμων καὶ ἐφόρων, ἤ οἷοι κα ἄλλοι ἐν πόλι ἀρχόντες ὦντι.*

Ap. Lac. pag. 258, 45 vid. Ap. Reg. p. 230, 6.

" pag. 259, 57: *ἀλλ' οὐ τύ ἐσσι Καλλιπίδας ὁ δεικηλίκτας;*

" pag. 259, 58 vid. supra.

" pag. 268, 3 (Brasidæ) *ἅσσα δηλῶμαι, πραξῶ ποτιὸν πόλεμον, ἤ τεθναξοῦμαι.*

" pag. 273, 6: *οὐ παρ' ἕνα τᾷ Σπάρτᾳ.*

" pag. 276, 5: (Leonidæ): *λέγοντι τὸν βάρβαρον ἐγγὺς γενόμενον ἁμὲ δὲ χρονοτριβέν· ἤδη γὰρ ἢ νικᾶμες τὼς βαρβάρως ἤ, αὐτοὶ τεθνάναι μέλλομες.*

" pag. 277, 11: *μολὼν λάβε.*

" pag. 277, 15: *οὐ κάρυξ, ἀλλὰ μαχατὰς ἀκολούθησα — αὐτοῦ μένων, κρέσσων κα εἴην.*

Ap. Reg. p. 230, 6. Comparatis codicum scripturis utriusque loci hoc modo antiquum sermonis statum restituere ausus sum.

Ap. Reg. p. 230 (Archid.): Codices *Ἡράκλεις* habent, doridi tamen magis convenit vocativus in *-ες*.

Ap. Lac. p. 257, 41. Prorsus ab antiquitate dialecti, quæ in ceteris hujus epistolæ vocibus conspicitur, aliena sunt hæc: *ὅταν, ἄν, ὦσιν;* itaque *ὅκκα, κα, ὦντι* substituere non dubitavi itemque *πόλι* pro *πόλει*, *Ἀγησίλαος* autem in *Ἀγησίλας* mutare non audeo, præsertim quum in titulis Peloponnesiis (C. I. 1242, 1298) *Ἀγησίλαος* legatur.

Ap. Lac. p. 268, 3. Severior doris *πραξίω* postulat vel *πραξῶ* (cfr Ahrensii dor. dial. p. 210 et 212), quod si librarius in *πράξω* mutaverit, nemo mirabitur.

Ap. Lac. p. 276, 5. Aeolicum *ἄμμε* summovi, *χρονοτριβέν* pro *χρονοτριβέειν* restitui, manifestam Ahrensii emendationem *ἤ νικᾶμες* pro codicum lectione *ἥκαμες* fidenter recepi.

Ap. Lac. pag. 282, 5 vide Lys. 14, 6.
„ „ pag. 285 (Polycratidæ): αἴ κα τύχωμες δαμοσίᾳ, αἰ δὲ μὴ ἰδίᾳ.
„ „ 286, 1: τὰ μὲν πρῶτα ἐπιλελάθαμες, τὰ δὲ ὕστερα οὐ συνήκαμες, διὰ τὸ τὰ πρῶτα ἐπιλελᾶσθαι.
„ „ pag. 287, 11: φωνά τύ τις ἐσσί, καὶ οὐδὲν ἄλλο.
„ „ pag. 288, 24: μηδαμῶς ἀφανίσῃς μηδ' ἀνέλῃς τὰν ἀκόναν τῶν νέων.
„ „ pag. 288, 25: τᾷ πολυμηχανίᾳ.
„ „ pag. 289, 40: ὁποῖος καθίσεις· τοὶ μὲν γὰρ λεόντες βαδιζόντες ἀποκλαίοντι, τὼς δὲ λαγὼς ἐπὶ σκανᾷ θηρεύομες.
„ „ pag. 290, 46: ἐλευθεροὶ γὰρ εἰμές· τοὶ δ' ἄλλοι, αἴ κα μὴ τὰ ἀληθῆ λέγωντι, οἰμωξόνται.
„ „ pag. 290, 48: τὰν Πιτάναν — reliqua omnia poeticam dialectum redolent.
„ „ pag. 291, 55: ἄθλιε — τίς τοι ἀνάγκα;
„ „ pag. 291, 58: ἀγαθὸς — κατακονῆν νέων ψυχάς (cfr Cleom. 2, 3).
„ „ pag. 292, 66: πᾷ με φεύγεις, δὶς ἀποθανουμένα ψυχά.
„ „ pag. 292, 67: οὐκ ᾦμαν τὰν εὐχὰν ἄλλας μέζονος εὐχᾶς δείσθαι.
„ „ pag. 292, 69: οὔμενουν — ἀλλὰ καββαλικώτερος.
Instituta Laconica pag. 294, 15 vide Lyc. 21, 3.
„ „ pag. 295, 29: τὰν χεῖρα ποτιφέροντα τὰν εὐχὰν καλεῖν.
„ „ pag. 296, 39: τὸν ἀγαθὸν μυθητὰν δεῖν τοῖς πράγμασιν ἴσον τὸν λόγον ἔχειν.
„ „ pag. 296, 42: ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ.
Lacænarum Apophthegmata pag. 297 (Argileonidis): ὦ ξένοι, καλὸς μὲν ἦν καὶ ἀγαθὸς ὁ παῖς μου, πολλὼς δ' ἄνδρας Λακεδαίμων ἔχει τήνω καῤῥόνας.
„ pag. 298 (Damatriæ):

τὸν παραβάντα νόμως Δαμάτριον ἔκτανε μάτηρ,
ἁ Λακεδαιμονία τὸν Λακεδαιμόνιον.

Ap. Lac. p. 277, 15. Vere doricam formam κάρυξ (cfr C. I. 1798, 1937) scripsi et cum Turnebo μαχατάς, quæ saltem legitur alio loco, de Herod. Mal. p. 1055, 32, 6, et pro ἄν particulam κα.

Ap. Lac. p. 285 (Polycr.). Confer Lyc. 27, 7, unde κα pro κε et posterius illud αἰ pro εἰ restitui nec non τύχωμες pro τύχωμεν.

Ap. Lac. p. 289, 40. Articuli formam τούς in τώς, ut decet, mutavi (λαγώς enim atticæ declinandi rationi ne tribueris) et οἱ in τοί, quin etiam σκηνᾷ in σκανᾷ ad exemplar Theocritei σκανᾶς 15, 6.

Lacænarum Apophthegmata pag. 298, 1:

ἔῤῥε κακὸν φίτυμα διὰ σκότος, ἔῤῥε δέ, μῖσος.
Εὐρώτας δειλαῖς μηδ' ἐλάφοισι ῥέοι.
ἀχρεῖον σκυλάκευμα, κακὰ μερίς, ἔῤῥε ποθ' ἅδαν,
ἔῤῥε τὸ μὴ Σπάρτας ἄξιον οὐδ' ἔτεκον.

" pag. 298, 2: *κακὰ φάμα τεῦ κακκέχυται· ἢ ταύταν νῦν ἔκνιψαι ἢ μὴ ἔσο.*

" pag. 298, 4: *τὲ ὦν κακάγγελον ἐπέμψαν ἁμίν;*

" pag. 298, 7: *ὦ γύναι τᾶς τύχας —. Ναὶ τὼ σιὼ τᾶς καλᾶς γα — οὐ γὰρ αὐτὸν ἕνεκα ἔτεκον, ἵνα ὑπὲρ τᾶς Σπάρτας ἀποθάνῃ, τοῦτό μοι συνέβα.*

" pag. 298, 9: *κακά τοι φάμα κακκέχυται· ταύταν ἀπόθευ ἢ μὴ ἔσο.*

" pag. 299, 10: *ἁ μάτηρ Παιδαρήτῳ· ἢ βελτίονα πράσσειν σε, ἢ αὖθι μένε, ἀπογνοὺς τὰν ἐς Σπάρταν σωτηρίαν.*

" 299, 15: *τέκνον — ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς.*

" pag. 299, 16: *ταύταν — ὁ πατήρ σοι ἀεὶ ἔσωζε· καί τυ ὦν ταύταν σῶζε ἢ μὴ ἔσο.*

" pag. 299, 19: *κάτθετε αὐτόν.*

" pag. 300, 26: *πισιὰ ἦμεν.*

" pag. 300, 29: *ἐλευθέρα ἦμεν.*

Quæstiones græcæ pag. 368, 36: *ἐλθεῖν, ἥρω Διόνυσε, Ἀλείων ἐς ναὸν, σὺν Χαρίτεσσιν ἐς ναὸν τῷ βοέῳ ποδὶ θύων — ἄξιε ταῦρε!*

" " pag. 371, 42: *αὔτα κυρία — — — ἃ δὲ κρέσσων.*

Lacæn. Ap. p. 298, 1. Codicum lectio: ἐ l. ἓ διὰ μῖσος quid in continua oratione sibi velit, me non intelligere ingenue fateor, neque vulgata interpretatio: "I pessum proles mala nunc, tenebrasque petitum" ad verba illa græca accurate est elaborata. Corruptum igitur versum existimo et in scriptura librorum ἐ l. ἓ διὰ latere ἔῤῥε δέ arbitror, atque ita versum græcum latine exprimo: abi mala proles per tenebras, abi tandem, odium. Optime enim congruit cum reliquis contumeliis: *κακὸν φίτυμα, ἀχρεῖον σκυλάκευμα, κακὰ μερίς,* illud *μῖσος,* quod saltem haud raro in opprobriis usurpatur, e. g. Soph. Phil. 991: *ὦ μῖσος,* Ant. 760: *τὸ μῖσος.* Præterea confer Sophoclis Philoctetam, rec. Chr. Cavallin, Comment. p. 195 sq.

Lacæn. Ap. p. 298, 4: *ὦν* hic et infra Lacæn. Ap. p. 299, 16 scripsi contra codices, etiam *τέ* pro *σέ.*

Lacæn. Ap. p. 298, 7. Atticum *νή* in *ναί* et *γε* in *γα*, quoniam in his particulis persæpe errant librarii, mutavi, ut magis sincera procederet oratio. Etiam *συνέβα* scripsi, ut est apud Theocritum 10, 8. 10, 10 (vid. Morsb. de dial. Theocr. p. 11).

Quæst. gr. p. 368, 36. Cfr Bergkii poet. lyr. III p. 1299.

Quæst. gr. p. 371, 42. Pro *κρείσσων κρέσσων* contra codices scripsi, ut paulo supra *μέζονος.*

De cohibenda ira pag. 556 lin. 12: οὐ μέλει μοι τί τυ λέγεις, ἀλλὰ τί τῆνος σιγῇ.
„ pag. 556 lin. 29: αἴ κα ταύταν ἐξέλω (cfr Ap. Reg. pag. 210).
De tranquillitate animi pag. 567:
ὑγρᾶς καὶ τραφερᾶς βασιλεὺς Ἆγις μ' ἀνέθηκεν·
„ pag. 573: Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει.
„ pag. 576: — μηδένα ἰδεῖν [ἐπισ]τάμαν φέροντα.
De garrulitate pag. 576 lin. 29 cet.: αἴ κα — — — ἕνα — ποτὶ ἕνα — — γνῶθι σαυτόν — μηδὲν ἄγαν — — ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα.
De vitioso pudore pag. 646: ποττὸν πονηρὸν οὐκ ἄχρηστον ὅπλον ἁ πονηρία.
De se ipsum citra inv. laud. pag. 659 = Inst. Lac. pag. 294, 15.
Convivalium disp. pag. 741: μισέω μνάμονα συμπόταν.
Convivalium disp. pag. 794: ἄμβαλ' ἄνω τὸ γῆρας,
ὦ καλὰ Ἀφροδίτα.
An seni sit ger. resp. pag. 965, 10:
σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
νικῇ.
An seni sit ger. resp. pag. 965 lin. 46:
ὅτε Τυνδαριδᾶν ἀδελφῶν ἅλιον ναύταν πόθος βάλλει.
Præcepta gerendæ reip. pag. 975, 2:
— λευκᾶς καθύπερθε γαλάνας εὐπροσώποι σφιν παρῆσαν ἔρωτες
ναΐας κλῃδός, ἐχάραξε δὲ [ὁρμὰ] πόντου δαιμονίαν ἐς ὕβριν.

De tranqu. an. p. 576. Reiskius et Wyttenbachius τάμα legunt, sed locus simillimus Dem. c. 9, 2 satis ostendit, quomodo hic quoque sit sanandus.

De vit. pud. p. 646. Editiones Wyttenbachii, Reiskii ποτὶ τὸν habent. Dübner autem articulum τόν, qui in codicibus Parisinis deesse videtur, uncis inclusum addidit, sed in ipso illo ι præpositionis ποτί vestigium inest articuli τον, ita ut ι pro τ sit — id quod jam supra vidimus — et signum, quo ον notaretur, sit amissum. Quare ποτί in ποττόν correxi.

Conv. disp. p. 741. De forma μισέω, synizesi legenda, cfr Ahrens. dor. dial. § 26, 6) a).

Conv. disp. p. 794. Scripturam codicum ἀνάβαλε in ἄμβαλ' mutavi dialecto ipsi et versuum convenientiæ perapte.

Præcept. ger. reip. p. 975, 2. Ita hunc locum versibus descriptum necessariis emendationibus factis restitui, quia ut in libris legitur: Λευκᾶς καθύπερθε γαλάνας εὐπρόσωποι σφᾶς παρήϊσαν ἔρωτες ναΐας κληΐδος χαράζει πόντου δαιμονίαν ἐς ὕβριν et metrum et intellectus deest. Quare et Reiskius et Wyttenbachius interpretationem prorsus neglexerunt, Dübner autem ita interpretatur verba corrupta: Alba super malacia formosi eos præterierunt Amores, navis clavo . . . maris magnum in furorem. Emendati autem, ut supra fecimus, eam sententiam hi præbent versus, quam postulat oratio hujus capitis proxime præcedens et sequens. Inest enim hæc universa sententia: dum erat tranquillitas, læta iis erat reipublicæ navem gubernandi cupiditas, tempestas autem maris summum in furorem eos impulit. "Scrip-

De placitis philosophorum, lib. I. pag. 1068:

οὐ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν
παγὰν ἀενάου φύσιος ῥίζωμά τ' ἔχουσαν.

De primo frigido pag. 1166, 17, 5:

εὐθὺς ἀνέπλησεν ἀεροβατᾶν μέγαν οἶκον ἀνέμων.

De solertia animalium pag. 1174, I: ἀγαθὸν ποιητὰν — νέων ψυχὰς κατακονῆν.

„ „ pag. 1203:

Δήλῳ δή ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ ναῷ.

Aristophanis Equites, v. 1225:

ἐγὼ δέ τυ ἐστεφάνιξα κἀδωρησάμαν.

Aristophanis Acharnenses v. 731: ἀλλ', ὦ πονηρὰ κόρια κἀθλίω πατρός,
„ „ v. 733: ἀκούετε δή, ποτέχετ' ἐμὶν τὰν γαστέρα·
„ „ v. 741: ὅπως δὲ δοξεῖτ' ἦμεν ἐξ ἀγαθᾶς ὑός·

---

tus pro παρήϊσαν habet παρῆσαν" animadvertit Xylander, ac propter παρήϊσαν σφιν primarium in σφᾶς a librario facile mutari potuit. In eodem "scripto" super ζ vocis χαράζει ξ scriptum esse Xylander etiam annotavit, quod si ita est, jam eo aliquid commendatur emendatio nostra: ἐχάραξε, ad quod σφᾶς est audiendum. Particulam vero δέ connexa enuntiatio desiderat. Pro κληΐδὸς κληδός scripsi, ut est apud tragicos. Mezeriaci emendationibus, quæ per se versuum generi non prorsus satisfaciunt: παρήϊξαν ἔρωτες ναΐας ἐκ κληΐδος χαραξιπόντου, vix probabilis et continuationi orationis apta efficitur sententia. Neque magna fides habenda est verbo novato χαραξίποντος. Genitivus πόντου substantivum, unde pendeat, necessario requirit, quare ὁρμά conjectura addidi.

Equit. v. 1225. Pro κἀδωρησάμαν Dindorfius suspicatur κἀδωρυξάμαν esse legendum Theocriteo verbo δωρύττομαι (7, 43) ductus, opinor. At tamen non est, cur a codicibus recedamus, quum ἐδωρησάμαν doricæ dialecto haud facile abjudicari possit.

Acharn. Ne omnes versus dorica dialecto compositos, qui fabula Acharnensium continentur, exscribam, ad quintam editionem Dindorfii Poetarum Scenicorum Græcorum, Lipsiæ 1869, legentem delego, eos solos versus in libellum meum inserens, quos aliter legendos censeo quam constituit Dindorfius.

v. 731. Libri κόριχ', κόρια vel κόρια γ' habent; et sane lectionem κόρια inscriptiones (C. I. 1197, 1199, 1200, 6241 b) tuentur, non autem κώρια. κἀθλίου Ahrensius (dor. dial. p. 171) proposuit, atque aptius mihi mihi quidem καί quam γ' hoc loco legi videtur.

v. 733. ἀκούετον in libris est, sed versum parum concinnum Hermannus correxit plurali forma ἀκούετε assumpta, admonens Megarensem non alibi duali numero uti, sed semper plurali; ac dubitari potest, num Dores duali numero verborum umquam usi sint.

v. 741. Infinitivi forma ἦμεν hic et in versu 771 in libris legitur, sed omnes fere editores suadente Ahrensio (dor. dial. p. 170) εἶμεν asciscere festinarunt, sed etiamsi in omnibus titulis Megaricis ad nostram ætatem servatis (C. I. 1052, Rang. 693—702), qui sine dubio recentiori ætati debentur, εἶμεν solum inest, non ideo prorsus abjudicanda est vetustior forma Megarensibus omnino aut saltem ætati Aristophanis. Præterea, ne Ahrensio inconsiderate confidas, confer Caueri Del. 17 (Argolis), ubi ἦμεν legitur.

Aristophanis Acharnenses v. 743: *τὰ πρᾶτα πειρασεῖσθε τᾶς λιμῶ κακῶς.*
„ „ v. 750: — — — *ἀγορασόντες ἵκομες.*
„ „ v. 762: *ὄκκ' ἐσβάλητε, τὼς ἀρωραίοι μύες,*
„ „ v. 775: *ἐμά γα. τὺ δέ νιν ἦμεν αὖ τίνος δοκεῖς;*
„ „ v. 798: *ναὶ τὸν Ποτειδᾶ, καί κ' ἄνις γα τῶ πατρός.*
„ „ v. 799: — — — *πάνϑ' ἃ καί κα δῷς.*
„ „ v. 817: *οὕτω μ' ἀποδόσθαι τάν τ' ἐμαυτῶ ματέρα.*

Aristophanis Lysistrata. Dorica exempla conquire, quæso, intra versus 81—240 (Lamito), 980—1013 (præco), 1076—1318 (Laço et chorus Laconum).
„ „ v. 84: *ἇπερ ἱαρεῖον τοί μ' ὑποψαλάσσετε.*
„ „ v. 118: *ἔλσοιμ', ὅπα μέλλοιμί γ' εἰράναν ἰδέν.*
„ „ v. 156: *γυμνᾶς παραϊδὼν ἐξέβαλ', οἰῶ, τὸ ξίφος.*
„ „ v. 171: *πᾶ καί τίς ἀμπείσαιεν αὖ μὴ πλαδδιῆν.*

---

v. 743. Codicum scripturam *τὰ πρᾶτα* in *ἄπρατα* Ahrensius (Rhein. Mus. 1843, p. 467) mutavit, at injuria, credo, abundat enim prorsus vitiose illud *ἄπρατα*, nam re vera idem fere dicitur vocabulo *ἄπρατα* et his verbis *αἴπερ ἰξεῖτ' οἴκαδις*. Neque illud *τὰ πρᾶτα τᾶς λιμῶ* exemplis similibus non excusatur e. g. Ran. 421: *τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας, τὰ πρῶτα σωφροσύνης* Dio. C. 38, 22, Eur. Med. 917: *τῆσδε γῆς Κορινθίας τὰ πρῶτ'*.

v. 750. *ἀγορασόντες*, sic vulgata lectio sede accentus mutata retineri potest, hac enim lenissima mutatione vere dorica efficitur forma.

v. 762. *ἀρωραῖοι*, quod vulgo legitur cum severiore doride maxime convenit, neque est, cur *ἀρουραῖοι* atticam formam præferamus, ut vult Ahrensius (dor. dial. pag. 171).

v. 775. Ahrensii emendationem (dor. dial. p. 116) *αὖ* accipiendam censeo, *εἴμεναι* enim librorum et *ἤμεναι* editionum librariis æolicarum formarum semper studiosis certe debemus. *ἦμεν* autem hic ut supra (v. 741. 771) legere vix dubitaveris.

v. 798. Accusativum *Ποτειδᾶ* plurimis libris commendatum hic positum velim, infraque formam explicare conabor. Pro *ἄνευ* Bentlejus primus conjectura legit *ἄνις*, quod est in v. 834.

v. 799. *κα* pro *καί* editores fere omnes legunt, sed propter vocalis quantitatem particulæ *κα* hæc emendatio jam per se refellitur. Itaque aut *ἃ καί κα δῷς* aut *ἃ καὶ δίδως*, ut in libris est, legas necesse est.

v. 817. *ἐμαυτοῦ* libri, quod recte in *ἐμαυτῶ* non in *ἐμωυτῶ* corrigitur.

Lysistr. v. 118. Perverse Bergkius primus in hunc versum intulit æolicum infinitivum *ἰδῆν*, dialectus *ἰδέν* postulat, aut *ἰδεῖν* saltem, ut est in codicibus. Quare etiam infra *σιγέν, κοπραγωγέν* confidenter lego.

v. 156. *παραϊδών* pro librorum *παρενιδών* vel *παρευιδών* Meinekius conjecit. Neque a Laconibus alienum est vestigium digammi servatum, quam quidem literam sæpe librariis offensioni fuisse Blaydesius suspicatur (vid. Aristophanis Acharnenses, v. 762).

v. 171. *καί* scripturam librorum metri causa retinendam censeo. Optativi formam *ἀμπείσαιεν* ipsa dialectus flagitat, cfr *ἐκδανείσαιεν* C. I. 1845 (Corcyra), *ἀνπράξαιεν* et *ποιήσαιεν* ib. *πλαδδιῆν* in *πλαδδίην* Ahrensius mutavit, sed perperam.

Aristophanis Lysistrata. v. 1004: ταὶ γὰρ γυναῖκες οὐδὲ τῶ μύρτω σιγέν.
" " v. 1080: ἄφατα. τί κἂν λέγοι τις: —
" " v. 1098: ὦ πολυχαρίδα δεινά γ' αὖ πεπόνθαμες.
" " v. 1174: ἐγὼ δὲ κοπραγωγέν γα λῶ ναὶ τὼ σιώ.
" " v. 1244: ἐς τὼς Ἀσαναίως τε χἄμαυτὼς ἁμᾶ.
" " v. 1247: ὅρμαον
τὼς κυρσανίως, ὦ Μναμοῦνα,
τὰν ἐμάν τε μῶαν,
" " v. 1303: ὦ εἶα μάλ' ἔμβα.
" " v. 1317, 8:
ᾇ τις ἔλαφος· κρότον δ' ἁμᾶ ποίει χορωφελήταν·
καὶ τὰν σιὰν δ' αὖ τὰν κρατίσταν χαλκίοικον ὕμνει.

---

v. 1081. Pro κἂν Ahrensius κα legere vult, sed quum non concedat versus, aut particula ἂν atticorum ferenda est aut τί κ' ἄλλ' εἴποι legendum.

v. 1098. Quum ad præcedens αἴσχρα γ' ἐπάθομεν illud δεινά γ' αὖ πεπόνθαμες optime respondeat, in hac sententia nihil mutandum est minimeque tam incerta forma, quam est πεπόνθεμες, inserenda. Violentius proximum versum Ahrensius (dor. dial. p. 332) mutavit, quem nemo tamen secutus est. Scribendum est optima sententia, minima mutatione: αἴκουδαν ἁμὲ τὤνδρες ἀμπεφλάκασιν.

v. 1244. "Vix ἡμᾶς pro ἁμέ dixit Laco. Fortasse χἄμ' αὐτὼς" ad h. l. animadvertit Enger, malo equidem χἄμαυτώς.

v. 1248. Μναμοῦνα emendando Enger legit laconicæ dialecto convenienter.

v. 1203. ἔμβα codicibus commendatum legendum est, quum præsertim apud atticos quoque scriptores hæc imperativi forma βᾶ in verbis compositis usurpetur, e. g. κατάβᾶ (Ar. Vesp. 979), εἴσβᾶ (Eur. Ph. 193).

v. 1317, 8. ὕμνει (libri) et ποίει (ποῇ R. Aug. ποῇ Iunt.) imperativi formas et inscriptionum et codicum exemplis similibus maxime probatas recepi. Atque reapse ποίει accommodatione superioris πάδη in ποίη facile corruptum est.

II.

Quæstiones etymologicæ et grammaticæ.

Dores, sicut instituta et mores majorum quam studiosissime servarunt, ita etiam priscum sermonis statum et antiquos sonos diligentissime retinuisse prope credibile est. Ac si vocales in ceteris quoque græcæ linguæ dialectis et in sanscrita lingua omnino inspexerimus, rem vero ita se habere videbimus. Itaque vocabula imprimis notabilia, quæ in exemplis præmissis occurrunt, eo, quo initio dixi, consilio et modo pertractabo eam iniens viam, quam ii, qui de dialectis scripserunt, maxime sunt ingressi. Ad vocales igitur tractandas aggredior ac primum agam

De ᾰ vocali.

In paucis tantummodo vocabulis exemplorum nostrorum primigenium ᾰ est servatum (et per se patet brevem vocalem multo facilius quam longam mutari et debilitari potuisse), in his tamen retinetur vocibus:

Ἀρταμιτίῳ Lysistr. 1251. In verbo *ἀρ-τά-ω*, suspendere hujus nominis radicem fortasse cernere licet. Forma igitur vulgaris dialecti communis *Ἄρτεμι*, quam in versu 1262 Lysistr. libri habent, ut glossa rejicienda est aut in *Ἄρταμι* corrigenda *). Codicum vero lectio *Ἀρτέμιδι* vel potius *Ἀρτέμιτι* in Demosthenis orationibus XXI et XLIII sine dubio est retinenda, quum præsertim, ut inscriptiones ostendunt, hæc mutatio haud ita sero ad omnes dialectos sit translata.

ἅτερος (æol. *ἄτερος*, cfr scr. *itaras*, lat. iterum) Plut. Lyc. 19, 4, *ἅτερον* Acharn. 814, in v. 813 *ἕτερον* est mutandum.

ἱαρός (scr. *iširas* pro *isaras*, æol. *ἴαρος*) inscriptionibus usitatissima forma (Rang. 356, C. I. 1688) in contextibus nostris non legitur librariorum culpa, opinor; desidero *ἱαρόν* Lyc. 6 et *ἱαρεῖον* Lysistr. 84. Formæ autem *ἱερᾶν* Them. 21, 4 *ἱερά* Dem. or. XVIII § 90, *ἱερομνάμονος* Dem. or. XVIII § 90 ferendæ sunt, cfr *ἱερομνάμονες* Rang. 712; in uno eodemque titulo (C. I. 1688) et *ἱερομνάμονες* et *ἱαρομνάμονες* leguntur — in Caueri Del. 83 *ἱερομνημονούντων* et *ἱεροκηρυκεύων* occurrunt. Et jam per se intelligitur in vocibus adeo longis sonos ad pronuntiandum faciliores flagitari.

---

*) *Ἄρταμις γὰρ λέγουσιν (Δωριεῖς)* Herodianus testatur in libro suo *περὶ μονήρους λέξεως* 8, 25.

Pro forma vulgata τρέφειν in Acharn. v. 788 τράφεν legitur, cujus α vulgaris quoque lingua vestigia servavit, e. g. τέθραμμαι, ἐτράφην, cfr scr. *tarp* l. *trp*, exhilarare, satiare et *tarpanam* (satisfactio, nutrimentum), goth. thrafstjan (Fick, WB[3] I, 92).

Particula κα (Acharn. 737, 799, Lysistr. 117, 173 cet.) sanscrito *kam* respondet, ad quod proxime accedit forma καν Arcadum et Cretensium et Ionum κεν. Aliud est illud κα, quod in adverbiis compositis occurrit e. g. ὅκα Acharn. 754, 762, Lysistr. 1251, πόκα Lysistr. 105, ἕνεκα Lacæn. Ap. p. 298, 7, respondet enim atticorum enclitico -τε, æol. -τα et cum sanscrito *ća*, zend. ca, lat. que est conferendum.

γά (Acharn. 775 cet., Lysistr. 105 cet.) cum sanscrita particula *gha* vel *ha* est comparandum, quæ usu consimilis est (cfr Curtii Grundz.[4] pag. 514), etiam huc referenda est particula inseparabilis Gothorum ga-.

De vocalibus longis ᾱ et η.

Primum eas afferemus voces, quarum in radicibus ᾱ est retentum:

ἁ, vulgo ἡ, Lysistr. 980, articuli vice fungens ad sanscritum *sâ* est referendum, cfr reliquas casuum formas: τᾶς Lysistr. 105, τᾷ Acharn. 755, τάν Acharn. 732; huc etiam pertinet pronomen demonstrativum ἅδε Acharn. 769, 788.

ἅ autem relativum sanscrito *yâ* respondet (Acharn. 800, Ap. Reg. 759, 6), cfr composita ἅτις Lysistr. 1249, ἅσπερ Lysistr. 1164; ad eandem radicem refer adverbium ἇς Lysistr. 173, quod ex ἀϝας, scr. *yâ-vat*, natum est, cfr Hom. εἵως et εἷος.

ἀγαθέας pro ἠγαθέας Lys. c. 18, quæ vox idem fere atque ζάθεος significat, ex ἄγαν et θεῖος derivat Hesychius aliique veteres lexicographi, ne novissimos nominem, qui illos sunt secuti, sed diversa aliquantum est hujus vocabuli conformatio. Nam ad radicem θεσ (cfr θέσσασθαι, θέσ-φατος, θεσ-πέσιος, θέσ-κελος), precari, optare, sanscr. *dhas*, est revocandum hoc vocabulum præfixa particula γα, quæ ipsa cum α prothetico est instructa. Eodem modo formatæ sunt hæ voces: Ἀγα-μέμνων, ἀγάννιφος (= ἀγα-σνιφος) Ἀγασθένης, ἀγάστονος, ubi illud ἀγα ad ipsam vim vocabuli, cui præfigitur, augendam et amplificandam pertinet. Pronomen sanscritum *aham*, si *a-gha-ma* forma primaria statuenda est, prorsus similem formandi rationem præbet, quo spectat zendicum quoque *azem* (cfr Schleich. Comp.[4] p. 186). Detracto α illo prothetico, cujus græca lingua amantissima est, Gothi verbum simillimum præbent, est enim adjectivum

4

ga-guds (Marc. c. 15, 43 εὐσχήμων), cfr ga-gudaba (2 Tim. c. 3, 12 εὐσεβῶς), ga-gudei (1 Tim. c. 2, 2; 3, 16 εὐσέβεια). Nullam dubitationem movet illud ᾱ productum, non enim est inauditum prius membrum compositi vocabuli tum produci, quum augmentum quoddam additur, quod saltem in sanscrita lingua quam frequentissime fit. Neque in græco sermone plane desunt ejusmodi exempla. Habes enim ἠνεμόεις pro ἀνεμόεις, ἠμαθόεις (Hesiod.) et ἀμαθόεις, denique ἀνήμελκτοι (Hom. ι 439) ex ἀ-μέλγω (cfr lat. mulgeo, scr. *marǵ*) et πανᾱγυρίας Dem. 18 § 91. Præterea ᾱ primigenium etiam haberi potest, ut sanscrita particula *â*, quæ ad vim adjectivorum et adverbiorum intendendam adhibetur. Idem illud ᾱ in his vocibus: ἤπειρος, ἤβαιον fortasse adest. Contra eos, qui existiment, formam ἠγάθεος ex ἀγαθός exstitisse, satis erit commemorasse formas inveniri, quales sunt ἀγχίθεος, ἀντίθεος, ἔνθεος.

ἁγῆται Lysistr. 1314, ἁγημένα Dem. XLIII § 66. Hoc verbum Pottius (Etym. Forsch.[2] I, 810, III, 413) ex ἁ (cum) et ἄγω compositum esse putat, Curtius autem ad simplex verbum ἄγειν (scr. *aǵ*) refert, quod etiam spiritu aspero instructum interdum invenitur (vid. Rang. 355 b: ἅγεν., Curt. Stud. III, 257, Grundz. pag. 677), cfr vocabula composita ad eandem radicem referenda ἀρχαγέτᾳ Dem. or. 43 § 66. Lyc. c. 6. στραταγόν Lys. c. 18, κυναγέ Lysistr. 1270, χοραγός ib. 1315.

παν-αγυρίας Dem. or. 18 § 91, rad. ἀ-γερ*), cfr scr. *ǵar*, accedere.

Radix, quæ est ἁδ proprie σϝαδ, his in formis occurrit: ἁδύ Lysistr. 207, ἅδιον Plut. Ages. c. 11, ἅδιστον Acharn. 796 et sanscritæ radici *svad* seu *svâd* respondet, quæ in adjectivo *svâd-ús* inest, cujus formæ *svād-îyâṅs svād-išṭha* comparativo ἁδίων et superlativo ἅδιστος plane respondent, cfr etiam lat. suavis i. e. suad-vi-s, suad-eo, Suad-a, goth. sut-s.

ᾆδαν Lacæn. Ap. p. 298, 1. Radix est *vid* anteposito α privativo, primigenia igitur forma est ἀ-ϝίδ-ας.

ἁλία Dem. or. XVIII § 90. Hæc vox e radice sanscr. *var* est ducenda (cfr Curtii Stud. IV, 401), primaria igitur forma ϝαλ-ία fuit, quæ cum vocabulo βουλή (consilium et concilium) et significationem et originem habet communem, cfr sanscr. *vâra*, multitudo eligentium, quocum etiam perbene congruit adverbium ἅλις i. e. ϝάλις satis, affatim.

ἑαλώκαντι, ἑαλώκειν Lys. c. 14, Ap. Lac. 282, 5. Radix *var*, arcere, impedire, in formis, quæ sunt εὐάλωκα (lesb.), ἐγ-ϝηλ-η-θίωντι tab. Heracl., satis

*) Prave Vaničekius ἀ-γερ pro forma reduplicata habet (WB. p. 208).

cernitur, quam ob rem plenior perfecti forma ϝεϝάλωκα esse debuit, ad quam ἑάλωκα proxime accedit.

ἁμέρα (æol. ἀμέρα) Dem. or. XLIII § 66, Lyc. c. 20, quæ vox apud Dores etiam formam ἆμαρ præbet, Ascoli (Kuhn, Zeitschr. XVII pag. 401 sqq.) ad radicem *vas*, lucere refert, ut pro ϝέσ-μαρ l. ϝέμμαρ ἦμαρ sit, ex primaria forma ϝασ-μαρ Dorum ἆμαρ, ἁμέρα, ἀμάρα (Rang. n. 356 b.) sunt formata.

ἁμές Lysistr. 168, 1162, Inst. Lac. pag. 294, 15 cet. cum sanscrito *asma*, quod integerrimum ostendit dualis forma *asmê* vedicæ dialecti (vid. Rigv. I, 34, 4 cet.), est comparandum, cfr æolicum ἄμμες pro ἄσμες.

ἔβα (scr. *agât*) Lysistr. 106, Them. 21, 4, ἔμβα Lysistr. 1303, ἱεροβατᾶν De Frigido pag. 1166, 17 ad radicem βα, scr. *gâ* refer et cum formis Theocriteis ἔβα, κατέβα, συνέβα (vid. Morsb. p. 11) confer.

γᾶ in Thuc. V, 77, Lys. c. 14, alibi occurrens, cujus vocis has formas γαῖα (ion.) γῆ, αἶα (hom.) græci scriptores exhibent, ad radicem *ǵan* genetricem significans a Pottio (Etym. Forsch.[2] II, 1 pag. 763) revocatur et cum voce sanscrita *ǵâ-yâ*, uxor, confertur (Etym. Forsch.[2] II, 4 pag. 31); et ex γᾶ-ϳα, γᾶ-α Dorum γᾶ est decurtatum. Cur hoc vocabulum ad sanscr. *gâus*, vacca, referatur, vel ideo quod aliquot in locis vedicis, decimi quidem libri, cujus carmina omnino inferioris ætatis esse existimantur (vid. Rigv. X, 31, 6; 101, 9; 133, 7; IV, 41, 5) *gâus* poetice pro terra ponatur, nulla justa videtur esse causa, quippe quum ab Indis, vasta fingendi licentia notissimis et pecuariam facientibus, terra fertilissima cum vacca lactanti aptissime comparari potuerit. Præterea iidem et nubes et auroram et stellas translate vaccas appellarunt. Etiam *g* principale in græcum γ transire solet (vid. Schleich. Comp.[4] pag. 205).

γε-γαθ-ότες Flam. c. 12, ad radicem græcæ latinæque linguæ communem pertinet, γαῦ vel γαϝ (cfr Curt. Grundz.[4] pag. 170), consona determinanti, ut dicitur, ϑ auctam — quod additamentum græcis verbis quam frequentissimum est e. g. πλή-ϑ-ω ex πλα, νή-ϑ-ω ex νε, cet. — sive e radice *dha* ortum est, sive non est, cfr lat. gau-d-eo, gav-isus (vid. Corssen, Voc. II[2] pag. 547), græc. ἀγαυ-ός, mirabilis. Ad sanscritam radicem, quæ est *ǵû* (*ǵavate*, *ǵavati*), excitare, exhilarare (cfr *ǵava*, *ǵavana* celeritas), hoc verbum referendum existimo, quod quidem et sonorum solitis mutationibus et ipsa verborum significatione plane probatur. Huc eodem pertinet γαίω pro γαϝίω.

δᾶ Lysistr. 198. Hoc vocabulum idem esse atque γᾶ veteres grammatici falso putabant; recte autem δᾶ ex *div-â* (διϝ-ᾶ, δι-ᾶ, δϳ-ᾶ) explicatur, maxi-

meque est credibile et consentaneum Græcos his formulis: *φεῦ δᾶ πόποι δᾶ, οἰοῖ δᾶ, οὐ δᾶν* coelum (Jovem) vel deum universe inovocasse, non terram.

δᾶμος Dem. or. 18 § 90, Lyc. c. 6. Hoc vocabulum vulgo ad radicem *dam*, domare, referunt (vid. Grundz.[4] pag. 231), et *δᾶμος* seu *δῆμος* igitur significat populum imperio alicujus subjectum, quæ tamen nota aliis gentibus multo magis quam Græcis sit apta et accommodata. Huc accedit, quod vocabulum illud *δῆμος* non solum incolas regionis cujusdam, sed etiam regionem habitatam designat. Recte igitur, credo, e radice *da* tribuere suffixo *ma* addito Mangoldius (Curt. Stud. VI, 401 sqq.) originem hujus vocis repetiit. Significat igitur *δῆμος* s. *δᾶμος* et regionem sortitam et eos, qui sorte aliquid acceperunt.

ζαμίαν Acharn. 737. Hujus vocabuli origo sine dubio e radice *yam*, cohibere, est repetenda (vid. Fick, WB[3], I, 183, Pott. Etym. Forsch.[2] II, 1, 802), litera enim *ζ* sanscr. *y* respondet (vid. Schleicher, Comp.[4] 210).

θᾶσθε Acharn. 770 e radice *dhyâ*, meditari, comtemplari, ut vult Boppius (Glossarium Comp. linguæ sanscr.), originem habet, unde hæ formæ *θᾶ-μαι, θασόμεναι* (Theocr. 15, 23), *θάσασθαι* (Theocr. 2, 72), *θέα, θεάομαι, τεθέαμαι* Ages. c. 11 optime explanari possunt. Curtius autem (Grundz.[4] pag. 252) *θαϝ* pro principali forma habet, formis *θαῦμα, θαύσιχρον, θωῦτος* ductus, similiterque fere Vaničekius censet (Etym. WB. 404 sqq.) radices *θϳαϝ* et *θαϝ* proponens, sed vocabula illa optime cum alia radice *dhu*, agitare, commovere, conveniunt. Eidem radici *dhyâ* ortum suum debet vox, quæ est *θεαροῖς* Xen. Hell. VI, 5, 7, *θεαρίας* Dem. or. 18 § 91. Haud enim potest doricum *θεᾶρός* ex *θᾶϝρός*, quod necessario *θαρός* fit, explicari. Significat saltem *θεαρός* vel *θεωρός* hominem, qui legatus ad sacra sollemnia missus est, quamquam non desunt, qui arbitrentur *θεαρός* vocabulum compositum esse ex *θέα* et *var*, custodire, sicut hæ voces, quæ sunt *θυρωρός, μυλωρός, τιμωρός, νεωρός, φρυκτωρός* in posteriore parte radicem *var* habent. Quid autem sibi vellet *θεαρός* ita compositum? Custos nempe spectationis, sed contorta et mira esset talis notio.

θαγόντας Lysistr. 1255 vulgo *θήγοντας* ad radicem *dhag* (scr. *dagh*, ferire) referendum est, quæ etiam in aliis linguis est servata, e. g. angl. dag, lith. dag-y-s, germ. Degen (cfr Fick, WB.[3] I, 631).

ἐθάλεον Consol. ad Apoll. pag. 131, 15. Verbum *θαλέω*, vulgo *θάλλω*, hom. *θηλέω* a Vaničekio (Etym. WB. pag. 399) ad radicem *dhar* indoeuropæam refertur. Contra Curtium dicentem (Grundz.[4] pag. 542) significationis differentiam majorem esse inter sanscritam radicem *dhar* et græcam *θαλ*, quam ut cognatio accipienda sit, unum alterumve exemplum ex vedicis libris sumptum

afferre placet, quo ejusmodi significationis transitus aliquantum comprobari potest: Rigv. X, 60, 9: *yatheyam pṛithivī mahī dadhāremān vanaspatīn* i. e. ut hæc terra magna sustinet (fert) has arbores, Rigv. V. 84, 3: *yā (prithivī) vanaspatīn kshmayā dadharsky ojasā* i. e. quæ (terra) arbores in gremio tenes viribus (tuis). Neque dissimilem significationem præbet verbum illud græcum *θάλλω* apud Pindarum, Ol. 3, 40: *ἀλλ' οὐ καλὰ δενδρε' ἔθαλλεν χῶρος,* sed sæpissime hoc verbum intransitiva vi in græca lingua usurpatur, ut idem atque firmum esse, valere, vigere significet, quæ saltem significatio non prorsus est aliena a verbo sanscrito *dhar,* intransitive usurpato, cfr Rigv. IX, 35, 5 *viçvo yasya vrate jano dādhārá,* Rigv. I, 48, 3: *ye asyā ācarneshu dadhrire,* cfr etiam *dhṛsh,* audacem, firmum esse; ad eandem radicem latinorum fir-mu-s es referendum. Similitudo quædam significandi etiam inest in verbo nostro, quod est växa, goth. vahsjan, anglo-sax. veaxan, majorem, firmiorem fieri, ut ex cognato verbo græco *ἀέξεσθαι,* lat. augeri, satis apparet.

τεθνάκαντι Lyc. 20, *τεθναξοῦμαι,* Ap. Lac. pag. 268, 3. Hujus verbi originem Curtius, Vaničekius, alii radici *dham* s. *dhma* attribuerunt, at quum hæc vis et potestas huic radici semper inesse videatur: flare, inflare, e. g. *çankham dadhmâu,* concham inflavit (Bhagavadg. I, 12), vel flando excitare: *dhamitam agnim* (Rigv. II, 24, 7), numquam autem animam efflare vel omnino exspirare, jam ipsa vocis significatione hæc derivandi ratio refellitur, neque minus literæ m in n mutatio mediis in vocibus ad præcavendum hortatur. Potius Windischio (vid. Fick, WB.[3] I, 120) assentior, qui putat illud *θαν* pro *θϝαν* ad radicem *dhvam* pertinere, cui hæc inest vis: evanescere, exstingui, desinere; atque hanc derivationem verba suecana tyna, tvina magnopere comprobant.

κᾶλα Lysistr. 1253, quod vocabulum in codicibus *A* et *B* inest, scholiastes codicis Ravennatis voce *πλοῖα* interpretatur. Hæc forma, quæ est *κᾶλον*, doricæ et vulgatæ linguæ communis, conferenda est cum sanscr. *kâ-la* i. e. lignum, palus, etiam flamma, unde credibile fit hanc vocem e radice *καϝ* originem habere; *κᾶλον* igitur pro *κάϝλον* (lat. caulis)est (vid. Vaniček., p. 98). Prorsus aliud vocabulum est *κῆλον*, quod errore lexicographorum (Pape, Passow) ex eadem radice repetitur. Respondet enim sanscritæ voci *çarya* vel *çalya*, sagitta, et *κῆλον* pro *κελ-jον* productione suppletoria *j* amisso ortum est. Hoc idem vocabulum (dorice: *κᾶλον*) non prorsus alienum est ab hoc loco Aristophaneo, ita fere intellecto: in tela (hostium) proruerunt pugnantes, *προέκροον καὶ μάχοντο,* ut enarrat scholiastes. Quod si ita est, scholiastæ (codicis R) interpretatio perversa est aut ex lectione

primaria ὅπλα factum est πλοῖα. Audacius enim κᾶλον, lignum pro nave ponitur, et plane desunt ejusmodi exempla in literis græcis.

κάρυξ Lysistr. 983, Ap. Lac. pag. 277, 15, καρυξῶ Acharn. 748, ἀνακαρύξαι Dem. 18 § 91. His in vocibus præsto est radix sanscrita *kṛ* (Fick, WB.[3] I, 521) = sonum edere, cantare cfr Rigv. VII, 99, 7 *vashat kṛiṇomi* et IX, 96, 22: *sāma kṛiṇvan*. Comparandæ sunt sanscritæ voces: *kārú*, *kārávа*, *kīri* cantor, *kārin* cantans, *kīrti* laus. Proxime ad sanscritam vocem *kārú* accedit græcorum κάρυξ suffixo *ka* addito, quare plenior forma debuit esse κάρυκος, sed κάρυξ est decurtata, ut φύλαξ pro φύλακος (ion.).

ἔγκτασις Dem. or. 18 § 91. Huic voci Ahrensius (dor. dial. pag. 131) semper η vindicatum vult, sed contra testantur quam evidentissime inscriptiones permultæ (C. I. 1334, 1335, 1841, 1842, 1843, 1844, 2351). Primaria vocalis in verbo græco κτάομαι etiam est servata, quæ forma ad radicem indoeuropæam *ska*, imperare, possidere (vid. Fick, WB.[3] I, 803), est ducenda, eodemque pertinet sanscritum *kšī*, habitare, valere, posse, quod cum *â* præpositione conjunctum idem atque possidere valet e. g. Rigv. I, 64, 13: *kratum ā ksheti*.

ἐπιλελάθαμες, ἐπιλελάσθαι Ap. Lac. pag. 286, 1, cfr exempla Theocritea λασθῆμεν 2, 46. λέλασται 2, 158, ἐκλελάθοντα (Ahr.) 1, 63, at ἐλελήθει 10, 38 et sanscr. *rah* relinquere, lat. lat-eo.

Λατώ Them. c. 21, Λατοῖ Dem. or. XXI § 52, Λατοΐδα Flam. c. 12. Radix hujus nominis ex indoeuropæa radice *ra-s* est repetenda (Fick, WB.[3] I, 187), in sanscrito verbo, quod est *laš* desiderare, optare occurrens. Invenitur etiam in græco verbo λάω, quod contractum (λῶ, λῇς, λῇ, λῶντι) dorica in dialecto quam frequentissimum est. Aptissime etiam hoc nomen additur "amatæ" Jovis, cfr lat. Lato et Latona. Ad eandem radicem λήματι Arist. c. 19 referendum est.

Μήδως Lysistr. 1253 ab initio α habuit. Formam enim Μᾶδοι cyprica dialectus præbet Id., 3 (vid. Curt. Stud. VII, 246), cfr vet. pers. *Mâda*, Media (Spiegel, Altpersische Keilinschriften pag. 6 v. 41) et *Mâda*, Medus ib. v. 49.

μᾶλα Lysistr. 155, vulgo μῆλον lat. malum, ad thema græcoitalicum *mâlo*, in quo radix mâ, formare inest, est referendum (vid. Fick, WB.[3] II, 188). Papillæ translate μᾶλα vocantur, ut in v. 1199 Acharn. κυδώνια, Cydoniis malis similes. Voci autem μᾶλον, pecus, radicem esse mâ = sonare, balare existimo.

μάν Acharn. 757, 784. Lysistr. 144, cet., vulg. μήν, cum particula affirmandi μά (μὰ Δία) cognatum existimat Pottius (Etym. Forsch. I, 396 anm.).

κατεμάνυσεν Xen. Hell. III, 3, 2, vulgo *-μήνυσεν* e radice *man*, quæ ad omnes linguas indoeuropæas transmanavit, deducendum est. Eadem radix in *μνα* exstat, quæ radicis forma in his vocibus occurrit: *ἱερομνάμονας* Dem. or. 18 § 90, *μνασιδωρεῖν* Dem. or. 21 § 52, *Μναμοῦνα* Lysistr. 1248, ita enim cum Engero legendum censeo pro forma prorsus mira *Μναμόνα* nullo alio exemplo probata. Huc eodem pertinet *μῶαν* Lysistr. 1249 ex *μόντjα* ortum (Grundz.[4] p. 313). Non e radice *mâ* suffixo *νυ* aucta, multo etiam minus e *mâ* et *nava*, ut vult Angermannus (Curt. Stud. I pag. 23 annot. 2), *μηνύω* derivari potest — id quod vel maxime eo intelligitur, quod *νυ* hujus verbi non solum in themate præsentis, sed etiam in reliquis verbi thematibus servatur, quod saltem non fit in verbis suffixo *νυ* auctis.

μάτηρ Lacæn. Ap. p. 298, *ματέρα* Acharn. 730, 817, *ὁμοματρία* Acharn. 790 ad radicem *mâ* fingere, formare vulgo refertur (cfr Curt. Grundz.[4] p. 335), et aptissime formatrix (genetrix) mater dicitur, cfr Rigv. V, 42, 13: *duhitur vakshanāsu rūpā minānо.* Ut dorica dialectus, ita etiam linguæ sanscrita *(mâtar)*, zendica *(mâtu)*, vet. pers. *(hamâtar)*, latina (mater), celtica *(máthir)*, vet. slov. *(mati)* *â* primigenium retinuerunt, in obscuriorem autem sonum mutarunt septentrionalis regionis incolæ, qui semper fere sunt sonorum obscurorum amantiores.

μαχανά, Acharn. 738 e radice indoeuropæa *magh*, crescere est ortum, quæ in sanscrita voce, quæ est *magha*, copia, etiamnunc integra exstat, cfr etiam sanscr. *mah* vel *mañh*, cujus primaria significatio est: magnum, opulentum esse (vid. Grassmann, Wörterbuch zum Rig-Veda). Neque a reliquis linguis cognatis hæc eadem radix est aliena: lat. machina, goth. mag-an, mahts, island. mega, germ. mögen, sueth. för-måga. Vulgari sermoni communis forma *πολυμηχανία*, quæ in Ap. Lac. pag. 288, 25 legitur, immutata est relinquenda, nam in voce longiore, et variis vocalibus insigni, facile *α* in *η* debilitari potuit. Conferas velim formas Theocriteas *μᾶχος* (2, 94) et *ἀμήχανος* (1, 85), ubi consimilis mutatio conspicitur.

ναόν Quæst. græc. pag. 368, 36, *ναῷ* De sollert. an. pag. 1203, 41. Radix est *nas*, *νᾱός* igitur pro *νασ-ϝός* dicitur, ut ostendit æol. *ναῦος*, cfr ion. *νηός*, att. *νεώς*.

νᾶσος in his nostris exemplis non simplex, sed tantummodo in composito nomine, quod est *Πελοπόννασος*, occurrit. Hanc vocem ad sanscritam radicem *snu (snâu-mi)* esse referendam omnes fere consentiunt, quo pertinent verba græca *νέω* pro *σνέϝω* (æol. *ναύω*) incipienti *σ* amisso, ut nonnumquam fit; quin etiam

gr. *ναῦς*, scr. *nâus*, lat. nav-is, anglosax. naca, island. nökkvi, sueth. snäcka eundem ostendunt ortum, neque minus scr. *nâsâ*, lat. nasus, naris, slov. nosu, russ. nos, lit. nosis, angl. nose (naze, ness), suecanum näsa, nos, näs, eodem spectant. Ad radicem autem idem fere significantem *sar* in *σαρν, σραν, σριν* variatam (vid. Vaniček., WB. p. 1021) græca vox *ῥῖνες* nasum significans et hibernica sron sunt referendæ. In linguis russica et hibernica eadem vox [nos (russ.) sron (hib.)] immutata et nasum et promontorium significat (cfr Pott., Etym. Forsch.[2] II. 2 pag. 373), leviter autem mutata in linguis anglica et suecana nose nasum, ness promontorium (Dungeness), näsa nasum, näs promontorium significat. In græca vero lingua *νᾶσος* l. *νῆσος* numquam nasum significat, sed aut insulam aut pæninsulam vel promontorium, at tamen sine dubio antiquissimis temporibus illam priorem habuit significationem, "ut insula a similitudine nasi sit appellata" (vid. Boppii glossarium), quæ tamen significatio a vocabulo *ῥῖνες* plane est suscepta, *νῆσος* autem solam insulæ vim assumpsit. Analogia igitur concedit, ut cum sanscrita voce *nâs* s. *nâsâ*, græcum *νᾶσος* l. *νῆσος*, angl. ness, suecanum näs conferas. Neque magis ridicula vel puerilis hæc significatio græcis quam aliis populis videri debuit; quod si acciderit, mutata vel certis finibus terminata verbi vi, jam mature hoc correctum est. Atque illud *Πελοπόννασος* satis indicat Græcos non semper inter *νῆσος* et *χερσόννησος* restricte distinxisse. Quibus concessis multo simplicior fit vocis illius *νῆσος* explicatio, quam si Curtium sequimur, putantem *νῆσος* e *νή-κιος* ortum esse (cfr Grundz.[4] p. 320), sed incertum est illud *νήκιος*, incerta ista sonorum commutatio.

ναῶν Lys. c. 14, vulgo *νεῶν*, ion- ep. *νηῶν* et *ναΐας* Præc. ger. reip. pag. 975, 2 ad radicem proxime tractatam pertinent.

πάδη Lysistr. v. 1317 imperativus est verbi *παδάω* (vulgo *πηδάω*), quod ad causativam formam verbi sanscriti *pad (pâdayâmi)* optime quadrat; eandem radicem in his: *ποὺς, πέδον, πεδίον* habes.

ἑκκαιδεκαπάχεις (Dindorf), vulgo *-πήχεις*, Dem. or. 18 § 91, quod posterius quodam modo defendi potest, quamquam *πᾶχυς* in carmine Theocriteo VII v. 66 est, indoeuropæam radicem *bhâghu* requirens (sanscr. *bâhú*); conferas velim *μᾶχος* et *ἀμήχανος* supra allata, ubi eadem mutandi ratio cernitur.

πλᾶθος antiquior doris flagitat, ad radicis formam *pr-â* ex *par* (vid. Morphol. Unters. von Osthoff u. Brugman p. 43) deducendum. Jam supra inscriptionum testimonia attuli. Addendum est etiam cypr. *ἀπλαθῆ· πολλά* (vid. Rothe, Quæstiones de cypr. dial. p. 22). *πλάθεος* igitur in Lys. c. 14 legas velim.

πρᾶτος Dem. or. 18 § 91 — *πρᾶτα* Acharn. 743. Hæ formæ ad radicem

pra (in his vocabulis sanscritis *pra-thama, prâ-tar, pûrvas* occurrentem) suffixis *va* et *ta* auctam referendæ sunt, ut plenior forma πράϝαιος fuerit.

ὑσπλαγίδος Lysistr. v. 1000, vulgo ὑσπληγίς vel ὕσπληξ e radice πλαγ et præpositione ὕς (sanscr. *ud*) est deducendum (cfr ὕστερος et sanscr. *uttaras*), ut propria significatio sit "Aufschlag" (Grundz. pag. 227).

ῥάτραν Dem. or. 18 § 90, antiquissimam speciem hæc forma præ se fert, sed ut ex eleo ϝράτρα concludere possumus, primigenia radicis species ϝαρ fuit, unde illa græco sermoni vulgata ϝερ (εἴρω, ἐρῶ, lat. ver-bum) exstitit. Ad ejusdem radicis formam *vr-â* pertinet ῥάτρα (cfr vulgata: ῥῆσις, ῥήτωρ, ῥῆμα cet.) et vocabulum, quod est εἰράνα pro ἐϝράνα Lysistr. 144, 169 cet. (cfr C. I. 2554, 2558, 2561. Codices Pindarici inter εἰράνα et εἰρήνη variant).

σκανᾷ Ap. Lac. pag. 289, 40 cum sanscrito participio *ćhan-nás* pro *ćhad-nás*, detectus, valde congruit [cfr Bopp, (Bréal) gram. comp. IV pag. 97), σκανᾷ igitur in dorica dialecto exspectamus, quam opinionem Theocriteum σκανᾶς confirmat. In latina quoque lingua primigenia vocalis a est servata in vocabulis cognatis, e. g. casa, castrum, cassis (vid. Corssen, Krit. Beitr. pag. 449).

Radix, quæ est *sta* vel *stâ*, in his formis immutata occurrit: ἀναστάσει Dem. or. 18 § 90, ἀποκατέστασε ib., στᾶσαι ib. § 91, στάσαμες Arat. c. 14. Formam καταστήσαντα Lyc. c. 6 mutandam censeo. Hæc eadem radix sta, consona λ aucta, etiam in vocabulo, quod est στάλαις Arat. c. 14 adest. Ad formam primigeniam στάλϳα adducit æolica forma στάλλαν (vid. Conze, Reise auf Lesbos pag. 36, lin. 1). Productionem igitur suppletoriam dor. στᾶλα et vulg. στήλη indicant. Neque minus huc eodem pertinet illud ἐπιστάμαν, quod Demetr. c. 9 legitur, cum vocabulo nostro, quod est förstånd et significatione et formatione prorsus consimile.

φᾶμί Acharn. 736, φατί 771, φασῶ 739. Hujus verbi radicem primariam *bha* græca et latina linguæ integram servarunt, in sanscritis autem verbis respondentibus *bhâš* et *bhaṇ* accessoria est consona (cfr etiam suet. banna, bann). Hic etiam commemoranda est vox φάμα Lacæn. Ap. p. 298, 2; 298, 9, cfr lat. fā-ma, fābula.

χαΐα Lysistr. v. 90, χαϊωτέραν 1157. Hoc vocabulum laconicum et Hesychius et scholiastes adjectivo ἀγαθός interpretantur. Ahrensius (dor. dial. p. 76) χάσιος primigeniam formam statuit, quæ vero ad formam etiam vetustiorem χάτϳο est ducenda, primigenium *ghata* vel *hata* requirentem. Ac quum in sanscrita lingua *hi-ta* participium verbi *dha* re vera inveniatur, ad quod, pro *hata* positum, illud χατο referre possumus (etsi græcum χ non *dh* aspiratæ vulgo

respondet, sed *gh*), si quidem statuere licet, jam ante digressum linguarum indoeuropæarum illud d hac in forma esse amissum, ut suspicatus est Vaničekius (WB. pag. 377), vix dubitare possumus, quin sanscritum *hitá* (constitutus, legitimus, bonus) et græcum *χάϊος* cognata sint.

Hæc habui, quæ de vocali *ᾰ* in radicibus vocabulorum dicerem, sequitur, ut de vocali *ᾰ* in exitu vocum occurrenti quam brevissime disseram. In ea igitur declinatione, quam primam vocant, *α* jam per se desideratur, quam ob rem optime se habent formæ, quales sunt *ψυχά* Ap. Lac. pag. 292, 66, *δεικελίκτας* Ages. c. 11. *χοιροπώλας* Acharn. 818. *μυθητάν* Inst. Lac. pag. 296, 39, nam *α* thematica vocalis hujus declinationis est. Pro vocali thematica etiam *α* habendum est mediis in vocibus, quales sunt *ἀγγελιαφόρος* Herod. Mal. pag. 1055, 32, 6, *φυσατήρια* Lysistr. 1204, *ὁρκιατομεῖ* Them. c. 21, *μαχατάς* Herod. Mal. pag. 1055, 32, 4. Ap. Lac. pag. 277, 15. *πολυτίματος* Acharn. 759.

In suffixis *ᾱνα* l. *αν* et *ᾱλι* servatur *α*, e. g. *Ἀθανᾶν* Them. c. 21, *Ἀσαναίως* Lysistr. 1244, 1250, quarum vocum *adh* radix statuenda est (vid. Curt. Grundz.[4] p. 250), *Πελλάνας* Lysistr. 996, *Ἑλλάνων* Acharn. 773, Lys. 20, *τροπαλίδος* Acharn. 813.

Præterea *α* occurrit in verborum terminatione *-μαν* vulgo *μην*, ut *ἐμπορευόμαν* Acharn. 754, *ἀνειλόμαν* Acharn. 810, *εἰπόμαν* Herod. Mal. pag. 1055, 32, 6, in augmento verborum, quæ a vocali *α* incipiunt: *ἆρχεν* Lysistr. 998, *ἆγεν* ib. 1255, denique in conjugatione verborum in *άω* exeuntium: *πωτάομαι* (*πωτήσομαι*) Lysistr. 1013, *ὅρμαον* (*ὅρμησον*) ib. 1247.

Annotabimus nunc radices, quæ inter *α* et *η* variant:

1) *βα* et *βη*: *ἔβα* Lysistr. 106, *ἀναβήσῃ* Pel. c. 34, *συνέβα* Lacæn. Ap. pag. 298, 7, cfr sanscr. *ǵigāti*, lat. bēto, quod cum præpositionibus compositum apud Plautum frequentatur.

2) *κτα* et *κτη*: *ἔγκτασις* Dem. or. 18 § 90, *κτήματος* Lacæn. Ap. pag. 300, 29.

3) *πλα* et *πλη*: *πλήθεος* Lys. c. 14, *πλήρης* Ap. Lac. pag. 282, 13, cfr sanscr. *par*, lat. *plē-nu-s*, *plā-nus*.

4) *χρα* et *χρη* (*χρά-ομαι*): *φιλοχρηματία* Inst. Lac. pag. 296, 42, *ἄχρηστον* Plut. de vit. pud. pag. 646 lin. 14. *χρῆσθα* Acharn. 778, *χρήδδετε* Acharn. 734, *χρήδδοιτε* Lys. c. 14, *χρή* Alc. c. 28.

Quum vocabula et vocabulorum formas persecuti simus, in quibus *α* plane servatum sit, aut simul cum *η* occurrat, jam sequitur, ut paucis commemoremus literæ *α* in *η* transitum atque causas hujus mutationis, si qua ratione fieri poterit, eruamus. Sunt enim voces quædam et formæ, quarum primigenium *α* in *η* Dores,

ut ceteri Græci, mutarunt; et primum commemorandum est suffixum *τηρ*, quod sanscrito *tâ(r)* respondet. Atque ipsa græca lingua illud *ταρ* cum integra vocali retenta præbet, *πατάρ* enim in elea dialecto occurrit, in locorica *πιτάρα* (vid. Curt. Stud. X, 282). Ceterum *τηρ* semper frequentatur: *μάτηρ* Lacæn. Ap. pag. 298 (Damatriæ), 299, 10 — *πατήρ* Lacæn. Ap. pag. 298, 26, *σωτῆρι* Dem. or. 43 § 66. *σωτῆρσι* Arat. c. 14 — *ἀποσιατῆρας* Lyc. c. 6 — *σωτηρίαν* Lacæn. Ap. pag. 299, 10, *φυσατήρια* Lysistr. 1242. Analogiam ejusmodi vocum vocabulum, quod est *ἀνήρ* Ap. Reg. pag. 229 (Brasidæ), secutum esse, vocalem *η* pro *α* in ipsam radicem recipiens (cfr sanscr. *naras*), recte Schrader suspicatus est (Stud. X p. 290).

In his vocibus *η* productione suppletoria natum est:

δηλῶμαι Ap. Lac. pag. 268, 3 (Brasidæ), cfr *δήλομαι* C. I. 5774 et *δήλονται* (Hesych.). Primaria forma *δέλ-ȷομαι* fuisse videtur, ad radicem *dar* (scr. *darç*) referenda (cfr Vaniček. WB. pag. 350).

Δήλῳ, de sol. anim. pag. 1203 lin. 41, attica forma est pro dorica *Δᾶλος*, quam ad *Δȷαϝ-λος* Brugmanus refert (Curt. Stud. IV, 147) e radice dju, djav, scr. *div, dju;* quæ etiam inest in nomine *Ζῆνα* Tit. Flam. c. 16, quod ad radicis formam *δȷεν* proxime spectat, quæ in lac. *Δεύς* adest et cret. *Ζῆνα* l. *Δῆνα* (vid. Schraderi quæst. dialectol. Curt. Stud. X pag. 319). *Δᾶς* vel *Ζᾶς* proprius nominativus fuit, accusativos *Δᾶν* et *Ζᾶν* præbens, ex quibus formis declinandi ratio *Ζανός*, *Ζανί*, *Ζᾶνα* nata est falsa anologiæ specie.

τῆνος Lyc. c. 25 alibi, cfr *κῆνος* et *ἐκεῖνος*.

πονηρός (Boeot. *πονειρός* pro *πονερȷός*) Acharn. 731, *πονηρόν* de vit. pud. pag. 646 lin. 14 cet.

ξένϝος non *ξῆνος*, ut vult Brugmanus (vid. Curt. Stud. IV, 97), severioris doridis proprium fuisse credo, et a forma *ξένϝος* protinus *ξένος* exstitit, nam productionis suppletoriæ non studiosissima fuit dorica dialectus, ut ex multis formis concludi potest. Cfr etiam æol. *ξέννος*, hom. *ξεῖνος*, atticum *ξένος*, quod cum dorica forma plane convenit: *ξένε* Lyc. c. 20, *ξένοι* Lyc. c. 25, Ap. Reg. pag. 229, Lacæn. Ap. pag. 291. Propter *Ξηνιάδης* non necessario *ξῆνος* requiritur. Ipsi enim Attici *ξένος* dicunt, sed *Ξεινιάδης* C. I. 3140 et *Ξειναγόρας* C. I. 390, 391. Præterea in titulis doricis *πρόξενον* Rang. 693, *ξένιον* C. I. 1193 et *Ξενόδαμος* C. I. 1690 leguntur.

Contra formam *χήρ*, quæ a grammaticis ficta videtur (cfr Ahr. dor. dial. pag. 159), testantur et inscriptiones (*χειροτονέω* C. I. 2155) et libri: *χερί* Lysistr.

v. 1316, χέρας Plut. An seni sit ger. resp. pag. 965, 12 — χεῖρα autem, Inst. Lac. pag. 295, 29, atticum est.

In his autem vocabulis α in η mutata est vi vocabuli ι, quæ ab initio in radice fuit:

1) ἥκω, radix ἰκ, sanscr. *viç*, intrare. Severior doris ἵκω præbet: Lysistr. 87, ἵκει Acharn. 820, ἵκομες Acharn. 750, in ἵκομες corrigendum est ἥκομες Lysistr. 1077, cfr Caueri Del. n. 2 *B:* ποθικ(οντ)ες. Interpositâ formâ εἵκω (vid. Ahr. dor. dial. p. 344) ἥκω explicandum est, quod in ποθηκόντας Dem. or. 43 § 66 præsto est, quæque forma inscriptionibus etiam defenditur, ut demonstrat προσῆκεν Le Bas 81, 11 (vid. Curt: Stud. X, pag. 314).

2) ἥρως Plut. Quætiones gr. pag. 368, 36, cfr goth. vair, quod proxime accedit ad primariam formam, quam *vairayas* sonuisse credo, si quid ex sanscritis vocibus *vairi* = heros (*vira*), *vairitâ* l. *vairitva* concludere licet.

τριήριες Lysistr. 173. Hoc quoque vocabulum a principio ᾱ habuisse ostendunt sanscritæ voces cognatæ, quales sunt *aritri*, ἐρέτης, et *aritra*, ἐρετμός, cfr lat. remus. Sed ι, et præcedens et sequens, facile mutationem effecit.

Postremum de α in η mutato in formis verborum breviter dicam. Conjunctivi notam ab initio α fuisse et sanscrita et latina linguis confirmatur. Ac ne in græca quidem lingua omnia vestigia primigenii α plane desunt, elea enim dialectus ᾱ vocalem in conjunctivo servavit: φαινᾶται, ποηᾶται, ἀνατεθᾷ, δοθᾷ (cfr Caueri Del. 116), in quibus exemplis in thematicæ vocalis productione conjunctivus conspicitur. Sed quum jam antiquissimis temporibus vocalis α indicativi in ε vel ο mutata esset, græcæ linguæ studium concinnitatis vocalium in formis natura conjunctis occurrentium postulavisse videtur, ut antiquum illud α in η vel ω mutaretur, ut cum indicativo concineret conjunctivus (cfr Curt. Stud. X, pag. 306).

Cum conjunctivo proxime cohæret optativus, qui syllaba *ya* addita conformatus ut conjunctivus α vocalem in η mutatam præbet e. g. εἴην Ap. Lac. pag. 277, 15, εἴη Lysistr. v. 1266. Primaria autem vocalis cernitur in sanscritis formis *sjām*, *sjāt* et eleis: ἔα pro εἴα, συνεῖαν (C. I. 11), denique in boeotico παρεῖαν (vid. Keil. Sylloge Inscr. Boeot. pag. 14 lin. 4).

Doricæ consuetudini prorsus adversatur forma, quæ est ἥνσει Lysistr. 1257 pro ἄνθει vel ἄνσει.

Numerale, quod est πεντήκοντα, Thuc. V, 79, ab initio πεντάκοντα sonuisse et sanscrito *pancâçat* et latino quinquāginta confirmatur, sed vocalis mutationem ex attica dialecto fluxisse certum est.

De reliquis vocalibus et diphthongis.

Contra vulgarem usum ι occurrit ante ο et ω vocales in verbis contractis, quæ in -εω exire solent. Cujus generis hæc habemus exempla: ἐπαινίω Lysistr. 198, μογίομες v. 1002, λυχνοφοριόντες v. 1003, ἀδικίομες 1148, ὑμνίωμες v. 1305, ἐγκονίωαι v. 1311, ἀπορίομες Xen. Hell. I, 1, 23, ὀμιόμεθα Lysistr. 183. Neque tamen magis est mirum apud Dores hæc verba in ίω exire quam in εω apud Atticos. Primaria sane forma in αjᾱμι exiit, ex ἐπαιναjᾱμι, ἐπαινεϊω exstitit, unde ἐπαινίω vel ἐπαινέω factum est (cfr Curt. Verb. II, 307). Futuri forma, quæ est ὀμιόμεθα, ad ὀμεσjόμεθα, ὀμεσιόμεθα, ὀμεϊόμεθα est referenda, ex hac postrema forma et ὀμοῦμεθα et ὀμιόμεθα facillime explicantur *).

Non multum ab hac ratione differunt nomina, quorum stips in ι exit: πρυτανίες Lysistr. 981, πολίες, πολίων, πολίεσσι Thuc. c. 79.

In voce, quæ est σιός Lysistr. 90. Thuc. V, 77 — σιά Lysistr. 1263, 1318, — ipsius fricativæ vi mutatio vocalis declaratur.

Vocalem υ per ου Lacones expressisse Hesychius multis testatur exemplis: δίφουρα· γέφυρα, αἰκχούνα· αἰσχύνη, κάρουα· κάρυα, sed unum tantum exemplum hujus usus habemus, scilicet ἀπεσσούα Xen. Hell. I, 1, 23. Alc. 28, 6, quod tamen non temere in ἀπεσσύα correxi.

Vocalis ω pro vulgari ου diphthongo sæpe occurrit aut productione suppletoria orta aut contractione:

ἀρωραίοι Acharn. 762 magis doricum esse puto quam ἀρουραῖοι ex ἄρουρα (dor. ἄρωρα), quod grammatici ad ἀροϝ-ρα, ἀρ-ορ-ϝα, ἀρ-ϝο-ρα, ἀρ-ορϝ-ια mutuo referunt (cfr Vaniček. WB. p. 51). Sed ἄρωρα l. ἄρουρα pro reduplicata forma radicis *ar* habeo, ut ἄρᾱρα primarium sit statuendum, quod etiam in attica dialecto ἄρωρα sonare debet, sed verbi, quod est ἀρόω, formæ, quales sunt ἀροῦται, ἀρούμενος, ad primariam vocalem mutandam sine dubio valuerunt.

ὦν (οὖν) γῶν Lysistr. 155, 1181 cum sanscrito *ava-m*, zend. aum (avem) est conferendum [vid. Bopp. (Bréal) Gram. Comp.² II, 258]; cfr lat. au-t, au-tem.

βωλά Dem or. 18 § 90 pro βολ-jα, cfr slav. vol-ja, suet. vil-ja, æol. βόλλα. Vulgatæ autem formæ βουλαί Arat. c. 14 et πρόβουλοι Acharn. 755 leguntur, ut in recentioribus titulis βουλᾶ, Rang. 693, 4 cett.

Ἰωνίᾳ Ap. Lac. pag. 257, 41, ubi fortasse Ἰᾱνίᾳ poni licet, ad formam primariam Ιαϝνία est referendum, ut sanscr. *Yauna* et vet. pers. Yauna ostendunt.

---

*) In verbo quod est δεόμεθα Lysistr. 1164, radicis ε, ut consentaneum est, ritinetur.

ὠβάς Lyc. c. 6 vox laconica *κώμη* significans, quam ex *ὀϝ-ϳᾱ* (cfr cypr. *οὔα; Οἴα, Οἴη, Ὄα, Ὄη*), cui subest radix *ἀϝ* (*ἰαύω, αὐ-λή αὐ-λίς*), Brugmanus repetiit (Stud. IV p. 160).

In his participiis et nominibus eadem ratio valet: *ἀγκονιῶαι* Lysistr. 1311, *γερωία* v. 980, *ἐκλιπῶα* v. 1297, *κλέωα* 1298, *θυρσαδδωᾶν, παδωᾶν* 1313, *μῶα* (pro *μόντ-ϳα*) 1297, 1249, *τὼς κάπρως* 1255 (*τόνς κάπρονς*); contractioni autem originem debet *ω* in genitivo secundæ diclinationis e. g. *λόγω* (-*οσϳο*) Lysistr. 1005.

Voces autem *μόνος* Them. c. 21 pro *μόν-ϝος* et *κόραι* Lysistr. 1308, *κόρια* Acharn. 731, sive *κόρ-ϝος* (Curt. Stud. IV, 117) sive *κόρ-ϳος* (Fick, WB.³ I, 43) pro primaria forma habes, productionem suppletoriam aspernatæ sunt.

Eadem ratio valere videtur in voce, quæ est *πολυχαρίδα* Lysistr. v. 1098. Ita librorum auctoritate legi, nullo enim titulorum exemplo *πωλύς* comprobatum vidi (et *πουλύς*, epica forma hic minime ferenda videtur), quamquam ex *par-và* radice e vulgata *paru* (vet. pers. *parᵊu*, scr. *puru*) variata, ad quam atticum *πολλός* et epicum *πουλύς* sunt ducenda, satis explanari potest forma *πωλύς*, quæ in voce *πώλυπος* vere reperitur (vid. Ahr. dor. dial. p. 167).

πρέσβειρα (Lysistr. 85) prorsus atticum est, dorica forma *πρέσγυς* sonat (cret. *πρεῖγυς*, lat. prīs-cu-s) pro *πρα-ϳασ-γυς* (cfr Vanič. WB. p. 186). Atque facile in versu illo Aristophaneo *πρέσγεια* in *πρέσβειρα* est depravatum.

οἶφε, Pyrrh. c. 28, aptissime cum zendico *vip, vaêpaiti* (futuere) componitur (vid. Kuhn, Zeitschr. XXIV, 3 p. 233), ut proprie *ϝοῖφε* sonuerit forma. Huc forsitan pertineat etiam sanscr. *vep* (*vepayati*), agitare. Nam aspiratio græca secundaria esse potest, ut *ἀπνίω* l. *ἀπύω* indicare videtur.

οἶχε, Pyrrh. c. 28. *Οἴχω* pro *ϝοίχω* est, si quidem recte radix *vik* (scr. *viš* = separare) est statuenda.

De contractione et crasi.

Inter voces quæ nobis sunt tractandæ, aliæ doricam contractionis rationem sequuntur, aliæ autem prorsus atticam. Et contractione Doriensibus frequentata oritur:

ᾱ ex *αα*: *πρᾶτα* Acharn. 743. *πράτοις* Dem. or. § 91, *πρῶτα* autem Ap. Lac. pag. 286. *γᾶ* Cons. ad Apollon. pag. 131, 15, in genitivo plur. prim. declinationis *θυμιτιδᾶν* Acharn. 772, *πασᾶν* Dem. or. 18 § 91. *διαπεινᾶμες* Acharn. 751. Sed haud raro vulgaris contractionis ratio valet: *ἐῶντι* Lysistr. 1005, *λῶμες* 1162.

η ex αε: *πάδη* Lysistr. 1316, *ὁρῆν* 1077, *νικῆν* Ap. Reg. pag. 230, 6, *ἁγῆται* Lysistr. 1314, *ἁγημένα* Dem. or. 43 *).
ει „ εε: *ποίει* Lysistr. 1317, *ὕμνει* 1318, *δοξεῖτε* Acharn. 741, *πειρασεῖσθε* 743, *φώνει* 777.
η „ εα: *ἔπη* Lysistr. 1076, *ἔτη* Thuc. 79, *τέλη* Lys. c. 14.
ω „ οο: *τήνω* Ap. Reg. pag. 229, *λιμῶ* Acharn. 743. — Contra *φροῦδος* (*πρὸ ὁδός*), Lysistr. 106, attice sonat.
„ „ οε: *ὑπνῶν* Lysistr. 143. *πρώκροον* 1252, *ἐλάσσως* 1260.
ι „ ιι: *πόλι* Acharn. 755.

Propriam nec a Doriensibus prorsus alienam contractionis rationem (vid. Ahr. dor. dial. pag. 213 sqq.) hæ voces sequuntur: *τεῦ* Ap. Reg. pag. 228, *σεῦ* Xen. Hell. III, 3, 2, *Θεμιστοκλεῦς* Them. 21, 2, *μέλευς* ib., Pyrrh. c. 26, *ἀπόθευ* Lacæn. Ap. pag. 278, 9. Prorsus attica contrahendi ratio in his valet: *ἐπόθουν* Acharn. 730, *Ἡρακλέους* Arat. 14, *ποιοῦντι* Lyc. 20 (vid. Ahrens. dor. dial. pag. 216).

Ad vulgatas contractionis regulas doricæ dialecti accommodatur crasis, qua articulus aut conjunctio *καί* ι semper detracto cum vocali sequenti coalescit, ut exsistat:
ᾱ ex αα: *κἄναχνοανθῇ* Acharn. 791, *κἀείσω* Lysistr. 1243.
η „ αε: *χἤσεῖτε* Acharn. 713, *κηὔχοντο* Them. c. 21.
ω „ οα et ωα: *τὤνδρες* Lysistr. 1099, 1260, *τὤβυσσον* Lysistr. 174, *τωὐτῶ* Ach. 790.

De apocope.

Præpositio *ἀνά* plerumque apocope affecta legitur: *ἂν τόν* Acharn. 796, *ἂν γὰρ τάν* Lysistr. 1002, *ἄμβατε* Acharn. 732, *ἄντεινον* 766, *ἀμπεπαρμένον* Acharn. 796, *ἀμπτάμενος* Lysistr. 106, *ἀμπείσαιεν* 171, *ἀμβαλώμεθα* 1096, *ἀμπάλλοντι* 1310, *παραμπύκιδδε* Lysistr. 1306, *ἀγκονιώαι* 1311. Neglecta autem est apocope in *ἀναχνοανθῇ* Acharn. 791. *κατά* ante articulum et in compositis quibusdam in *κατ* mutatur: *καττά* Thuc. V, 77, 79, Dem. or. 43 § 66. *καττάδε* Thuc. V, 77, 79, *κάτθανε* Pel. c. 34, *κατθετε* Lacæn. Ap. pag. 299, 19, *κακκέχυται* Lacæn. Ap. pag. 298, 9, *καββαλόντες* Lys. c. 14, *καββαλικώτερος* Ap. Lac. pag. 292, 69, *κατακονῆν* Ap. Lac. pag. 291, 58 cet.

---

*) Neque vero credo Dorienses umquam εε in η conjunxisse, aliter quidem explicari possunt formæ, quales sunt: *φιλήτω. νοήτω, ἐπάμώχη* (vid. Ahr. dor. dial. p. 201, 1, a), nam ad vetustiorem formarum statum redigantur, et *ἐσσῆται, καρπευσῆται* cett. (l. c. b.) falsæ analogiæ sunt tribuenda, sequi enim videntur præsentia in αω exeuntia vel prorsus æolicam declinandi rationem.

Præpositio *παρά* ita affecta in Lysistr. 1309: *παρ τόν*, ib. 174: *παρ τᾷ* et in *πάρφαινε* Lysistr. 183, occurrit; contra *παραδόντα* De plac. phil. 1068, *πάρα* de garr. pag. 618, 17.

Eadem ratio est præpositionis *ποτί*: *ποττάν* Acharn. 732, 783, *ποττό* 751, Lysistr. 117, *ποττάν* 1006, *ποττά* 1253, *ποττάς* 1264, *ποττώς* Thuc. V, 77, *ποτέχετ'* Acharn. 733, *ποτόδδει* Lysistr. 206, *πόθοδον* Dem. or. 18 § 91.

De consonantibus.

Contra vulgarem usum gutturalem *κ* nonnulla vocabula integram servarunt: *πόκα* pro *ποτέ* Lysistr. 105, *ὅκα* pro *ὅτε* Acharn. 754 et *ὁκοῖον*, Lys. c. 14, quod ad pronominalem radicem *ka* est referendum.

Antiquum *τ* Dores melius servarunt, occurrit enim:

1) In tertia pers. sing. et plur. verborum e. g. *φατί* Acharn. 771, *ἐῶντι* Lysistr. 1005, *τεθνάκαντι* Lyc. c. 20.

2) In nominibus *Ποτειδάν* Acharn. 798, Xen. Hell. III et *Αρταμιτίω* Lysistr. 1251.

3) In præpositione *ποτί*, vulgo *πρός* Lysistr. 82, alibi, cfr sanscr. *prati*.

4) In secundæ pers. pronomine: *τυ* (sanscr. *tvam*), *τοι*, *τύνη*, *τιν*, *τεῦ* et possessivo *τεός*.

5) In demonstrativo pronomine *τῆνος*, quod originem eandem non habet atque *ἐκεῖνος*, sed ad radicem pronominalem *ta* est referendum.

Pro litera *β* dentalis *δ* interdum ponitur: *ὀδελόν* Acharn. 796 pro *ὀβελόν*, quod vocabulum ad sanscritam radicem *ag*, ut *ὀβελός* pro *ὀγελός* sit, cfr *ὄγ-μος*, Fickius (WB[3] II pag. 11) refert. Similis mutandi ratio conspicitur in vocibus *δελφύς* et *βρέφος* (cfr sanscr. *garbhas*). Ex comparatione horum verborum *δήλομαι* et *βούλομαι* ad unam eandemque radicem referri posse primo aspectu videntur, sed consona *β* ex *ϝ* orta hanc suspicionem non admodum confirmat. Sed jam ad fricativas pergamus.

Omnium spirantium litera *σ* frequentissima est, modo primigenia ut in terminatione primæ plur. personæ in *μες* exeunte e. g. *πείσομες* Lysistr. 168 *μογίομες* 1002, modo ex alia litera nata. Ac sæpe quidem *ϑ* in *σ* mutatur, qui mos Laconum fortasse inde est profectus, quod *ϑ* ut Neograeci pronuntiarunt. Hujusmodi exempla jam enumeremus: *σιά* Lysistr. 1263, *σιάν* 1318, *σιός*, quæ vox in formula jurandi Laconica ad Dioscuros invocandos adhibita vel sæpissime frequentatur: *ναὶ τὼ σιώ* Lysistr. 86, 90 cet., Xenoph. An. VI. 6, 34. Hell. IV,

4, 10, Ap. Reg. pag. 228, Ap. Lac. pag. 287, 17, 291, 52, 56. Ἀσαναίων Lysistr. 170, Ἀσαναίως 1244, 1250. Ἀσανᾶν Lysistr. 980, σηροκτόνε 1262, παρσένε 1263, κυρσάνιε 983, κυρσανίως 1248, ὀρσά 995, ἀγασώς 1301, ἔλσῃ 105, ἔλσοιμι 118, ἐλσών 1081, μύσιδδε 94, μυσίδδειν 1076, μυσίξαι*) 981, σέλει 1080, σέτω 1081, ἥνσει 1257, σιγέν 1004, σύματος Thuc. V, 77. In aliis autem vocabulis ϑ retinetur: Κορινϑία Lysistr. 91, ϑαγόντας 1256, ἴϑι 1271, πεπόνϑαμες 1098.

In mediis vocibus Lacones σ interdum omisisse, quod interventu formarum spiritus signo instructarum factum est (cfr Caueri Del. 3, 4, 15), inscriptiones satis comprobant. Recentiores autem inscriptiones spiritus signum plane omiserunt. Ejusmodi exempla permulta sine spiritus vestigiis in Aristophanis Lysistrata leguntur: μῶα v. 1297, 1249, γερωΐα 980, Μναμοΰνα 1248, χαΐα 90, πᾶα 995, ἀπήλααν 1001, πωτάομαι 1013, ὅρμαον 1247, ϑυρσαδδωᾶν, παδωᾶν 1313, ἐκλιπῶα 1296, κλέωα 1298, ἀγκονιώαι 1311.

Contra in his vocabulis σ servatur: παυσαίμεϑα Lysistr. 1270, πείσομες 168, ἀμπείσαιεν 171, πόρπακισάμενος 106.

Eleos σ in exitu vocum in ϱ mutasse inscriptionibus plane firmatur (cfr Caueri Del. Inscript. n. 115 et n. 116). Quem usum ad Lacones quoque ex Eleis sensim transisse magnopere est verisimile, nam unum quidem ejusmodi exemplum in Aristophanis Lysistr. v. 988: παλεόρ reperitur, et Hesychius multa exempla ejus generis a laconica dialecto sumpta attulit (cfr Ahr. dor. dial. pag. 71 sqq.).

Vestigia ȷ consonæ, quæ scripta occurrit in titulis cypriis (vid. Curt. Stud. VII pag. 222), non prorsus desunt. In comparativis enim, suffixo ȷων (sanscr. *yâṅs*) formatis, ȷ consonans vocali antecedenti assimulatur: κρέσσων (κρετ-ȷων, κρεσ-ȷων) Ap. Lac. pag. 277, 15. κάῤῥων Pyrrh. c. 26 (e καρτȷων interpositâ formâ καρσων) aut in ι mutatur: ἅδιον Ages. c. 11.

Lacones in mediis vocibus pro ζ δδ ut Boeotos adhibuisse exempla Lysistratea haud pauca demonstrant, cujusmodi sunt: γυμνάδδομαι v. 82, μυσίδδειν 1076, ποτόδδει 206, ψιάδδοντι 1302, ϑυρσαδδωᾶν 1313, παραμπύκιδδε 1316, βλιμάδδομες 1164. Nonnulla exempla ejusdem generis fabula Acharnensium præbet: μᾶδδαν v. 732, χρῆδδετε 734, φαντάδδομαι 823 (emendatione).

*) Futurum et aoristus verborum quorundam in ζω desinentium, quæ ξ pro σ præbent: συναλίαξε Lysistr. 93, μυσίξαι 981, διποδιάξω 1244, ὠβάξαντα Lyc. 6 analogiam verborum in gutturalem exeuntium sequuntur.

In his omnibus jam enumeratis verbis duplex illud *δ*, assimulatione natum est, ad primarias literas *γȷ* aut *δȷ* revocandum, ad *γȷ* in voce, quæ est *μᾶδδα* pro *μαγ-ȷα*, cfr *μαγ-μα*, *μαγ-εῦς*, *ἐμάγ-ην* et ad *δȷ* in verbo *ποτόδδει* = *ποτοδȷει*, cfr *ὄδ-ωδα*, *ὀδ-μή*, lat. od-or. Reliqua verba denominativa sunt ad themata in *ιδ* et *αδ* exeuntia referenda, de quorum formatione ad Curtii subtilem examinationem satis erit delegavisse (Grundz.[4] pag. 622 sqq.). Ad similitudinem harum formarum æolicum *αὐγάσδεο* Inst. Lac. p. 294, 15 in *αὐγάδδεο* correxi.

Vocem, quæ est *ἄσσα* Ap. Lac. pag. 268, 3, Curtius ad *ἅτια* *ἅτ-ȷα* refert (Grundz. 482), unde *ἀσ-ȷα* et *ἄσσα*.

Vestigium consonæ *ȷ* etiam inest in his vocabulis ad analogiam vocum dentali terminatarum redactis: *ἐξορύσσετε* pro *ἐξορύκȷετε* Acharn. 763, *ὑποψαλλάσσετε* Lysistr. 84, *ἄνασσαν* Lysistr. 1300 pro *ἄνακ-ȷαν*, *ἐλάσσως* Lysistr. 1261 pro *ἐλαχȷως* (cfr sanscr. *laghú*), *μέζων* pro *μεγ-ȷων* Lyc. c. 19.

Etiam in vocabulo laconico *λισσάνιε* (Lysistr. 1171) *σσ* e *τȷ* exstitisse videtur, si quidem formam ad *λισσός* pro *γλιτȷος* revocare licet.

Cum *κ* assimilatum *ȷ* adest in voce *σακκος* *), Acharn. 745, quæ e radice *sak* (Vanič. p. 986) suffixo *ȷο* addito originem duxit.

In pronomine interrogativo *σά* pro attico *τί* usurpato Acharn. 757, 784, *σ* ex *τ* ortum est propter primigenium *ȷ*, quod in forma primaria *τȷα* fuit, unde *σȷα* et *σα* exstitit.

Postremum ut in vulgari sermone in spiritum asperum *ȷ* transiit e. g. *ἇς* pro *ἅϝας* (sanscr. *yâ-vat*).

Jam ad tertiam venimus literam spirantem, quæ etiamsi, ut ex inscriptionibus permultis cognitum habemus, in dorica dialecto haud insolita fuerit, in exemplis tamen, quæ tractamus, digamma scriptum non invenitur, quamquam omnia ejus literæ vestigia non plane desunt. Unum enim exemplum digammi in *β* mutati in Lyc. c. 6 legimus: *ὠβάς*, *ὠβάξαντα*, si quidem recte radici *αϝ* vel *οϝ* hæ voces adnumerantur ut *ὠβά* pro *ὀϝȷᾶ* sit. Summam multitudinem ejusmodi vocum Hesychius attulit et in vulgari lingua verbum *βούλομαι*, sanscr. *varayâmi*, lat. vol-o, est commemorandum.

---

*) Quo vocabulum *ὑσσάκων* Lysistr. 1001 referendum sit, non satis apparet, Lobeckius enim ad *ὗς* deducit, sed Hesychius *ὕσσακος* formâ *ὕστακος* interpretatur, quæ eadem est atque *ὕσσαξ*, quod voce *πάσσαλος* ab eodem declaratur. Utrumque igitur vocabulum ad primariam formam *ὑσ-ταγ-ς* [præp. *ὑς* (sanscr. *ud*) et rad. *ταγ*] revocari posse, credo, significans et "fascias, quibus mulieres menstruatæ utuntur, et partem ipsam corporis" (Lobeck., Pathol. pag. 311).

In terminatione σσι dat. plur. tertiæ declinationis vestigium digammi etiam inest, fuit enim terminatio ab initio σϝι respondens sanscrito *su* ex *sva*, locativi nota: πολίεσσι (Thuc. V, 77 et 79), πάντεσσι (Dem. or. 21 § 52 et or. 43 § 66), Ἀμφιόνεσσι (Dem. or. 43 § 66), Χαρίτεσσιν (Quæst. græc. pag. 368, 36).

In adjectivo, quod est ἐραννός, Lysistr. 1296, alterum ν ortum debet aut ȷ aut ϝ consonæ. Nam radix hujus vocis sine dubio eadem est atque sanscrita *raṇ* = clamare, gaudere, ex qua radice sanscrita lingua et *raṇyas* et *raṇvas* adjectivi formas creavit, ad quarum utramque æque bene Græcorum ἐραννός referri potest, ut aut pro ἐ-ραν-ϝος aut ἐ-ραν-ȷος sit. Perverse autem Vaničekius (Etym. WB. pag. 769) ἔραννος ad ἐρασ-νος retulit, usitata enim sonorum mutatio satis confirmat ex -εσ-νος (ασ-νος) aut -εννος (lesb.), aut -ηνος (dor.), aut -εινος (att.) prodire solere (cfr Curt. Stud. IV p. 95). Formæ igitur ἐραννός in dorica dialecto nihil esset loci, sed soli ἐρᾱνός vel ἐρηνός. Præterea radix illa quæ est *ras* magis restrictam habet notionem et ad corporis voluptatem spectantem, notio autem radicis *raṇ* ad gaudium animi magis spectare videtur.

Vocabula quædam, quæ digammo prædita fuisse et ex inscriptionibus et linguis cognatis cognosci potest, vestigia illius literæ in locis nonnullis Aristophaneis ostendunt, e. g. v. 156 Lysistr., ubi παραΐδων ex emendatione Meinekii est, plures enim codices scripturam παρενιδών præbent, et v. 1096 ejusdem fabulæ, ubi τὸ ἔσθος (cfr scr. *vas*, lat. ves-tis, goth. vas-ti) legitur. Digammo instructæ hæ quoque voces ab initio fuerunt: ἐτῶν Acharn. 782 (ϝέτεα C. I. n. 11, scr. *vat-sas*, lat. vet-us), ἴσθι 783 (scr. *vid*, lat. *vid-eo*, goth. *vit*), οἴκαδις 742 (cfr scr. *vêças*, lat. *vīc-us*, goth. *veihs*).

In mediis vocibus digamma illud etiam evanuit, e. g. ἄεθλα = ἄϝεθλα Arat. c. 14 (cfr lat. vas(d)s, vad-imonium), ἀεροβατᾶν De primo Frigido pag. 1166, 17 (cfr scr. *vâ-jus*), ἀεισω = ἀϝεισω Lysistr. 1243 (ctr scr. *vad*). Præterea in singulis vocibus tractandis occasio fuit et erit ejusmodi vestigia ostendendi.

De nominum declinatione.

In nominativo singularis numeri formando nihil fere a vulgari lingua dorica differt dialectus. In vocali enim thematica, quæ vocatur, omne discrimen est positum, si quidem ullum est, e. g. Καλλιπίδας Ages. c. 21, ὀλολυγά Lysistr. 240.

Genitivum masculinorum, quorum themata in α exeunt, apud Dorienses ᾱ habuisse grammatici testantur. Ἀτρείδας igitur in Ἀτρειδᾱ abiit pro Ἀτρειδασȷα, Ἀτρείδᾱα, cfr hom. Ἀτρειδᾱο et Ἀτρείδεω. Eadem terminatio *sja* etiam pertinet ad

themata græca in vocalem *ο* desinentia, ut ostendit poetica forma *νόστοιο* Arat. c. 14 et vulgaris dorica terminatio *ῶ* ex *οϳο* contractione orta. Themata autem feminina in *ᾱ* exeuntia genitivum in *ᾱς* præbent, ut *ταγᾶς* Lysistr. v. 105; quæ terminatio cum sanscr. *-yās* est conferenda.

Nomina cum *κλέος* i. e. *κλεϝος*, sanscr. *çravas*, composita, ut *Θεμιστοκλῆς*, *Ἡρακλῆς*, quorum primigenia forma in *κλέϝης* (*çravās*) exiit (cfr scr. exemplum consimile *mahâyaçâs* = magnam gloriam habens, Nalop. I, 8), ad analogiam adjectivorum suffixo *-ής* clausorum, ut decet, flectuntur (cfr Ahr. dor. dial. p. 235).

Etymologicam rationem igitur et ionica forma *Ἡρακλῆος* et attica *Ἡρακλέους* melius quam dorica servarunt. Nam *Ἡρακλέϝης* in genitivo *Ἡρακλεϝεσος* sonare debuit. — Forma genitivi, quæ est *Ἄρηος* Arist. c. 19, homerica est existimanda.

Themata in *α* et *ο* exeuntia in *dativo* nihil a vulgari sermone discrepant, themata autem *ι* vocali terminata dativum in *ι* cadentem, ut locativum agnoscas, habent e. g. *πολι* = *πόλιϳι* Acharn. 755, Thuc. V, 77, 79, locativi enim terminatio *ι* cum thematis syllaba finali est concreta. Ad themata in *ι* exeuntia nomina in *ω* cadentia, quod pro *οϝι* est, ut vocativi *οῖ* indicare videtur, referri possunt, ut *Λαμπιτώ* Lysistr. 998, *Λατώ* Them. c. 21. Quocirca dativi forma *Λατοῖ* Dem. or. 21 § 66 non a dorica dialecto aliena habenda est, nec dorice non flexum est *Ἡρακλεῖ* ib., ut ex formis Corcyræis *Φαινοκλεῖ*, *Θαμικλεῖ* (cfr Ahr. dor. dial. p. 235) concludere possumus.

In *accusativo* nomina in *-κλῆς* exeuntia a vulgata flexionis consuetudine non abhorrent, e. g. Acharn. 774: *Διοκλέα* legitur, *Θεμιστοκλῆα* Them. c. 21 in *-κλέα* correxi. Majorem autem difficultatem *) præbent hæ accusativi formæ *Ποτειδᾶ* Acharn. 798 et *Ἀπόλλω* Lysistr. 1299. Quæ tamen formæ et comparativi suffixo *ϳων* terminati inter se simillimi sunt. Ac quum in comparativis suffixum *yâṅs* insit, ut e sanscrita lingua plane elucet, ex primaria forma *μειζονσα* orta est forma illa contracta *μείζω*, unde suspicari possumus similem fere fuisse illorum nominum primum exitum. Confugiendum igitur est ad sanscritum *vâṅs* suffixum, quo participia perfecti conformantur, quodque in his nominibus inesse credo. Doricum igitur *Ποτειδάν* (arc. *Ποσοιδᾶν*) pro *Ποτειδ–ϝᾱνς* (Prospiciens) est et homericum *Ποσειδάων* pro *Ποσειδαϝανς* thematica vocali accepta, cfr sanscr. *rurudvân(s)*, *tên-i-vân(s)*, accus. *rurudvâṅsam* et *tên-i-vâṅsam*. Accusativi igitur formæ *Ποσειδᾶνα* (Pind. Ol. VI, 58) s. *Ποτειδᾶ* et *Ποσειδῶνα* s.

*) Atque Curtius confitetur nullam se explicationem harum formarum dare posse (Erläut. pag. 69).

Ποσειδῶ ad primariam formam *Ποσειδᾶνσα* l. *Ποσειδῶνσα* sunt referendæ. Eodemque modo explicari potest duplex accusativi forma in his nominibus: *Ἀπόλλωνα* l. *Ἀπόλλω*, *αἰῶνα* l. *αἰῶ*, *κυκεῶνα* l. *κυκεῶ* (*κυκειῶ*), et primariæ formæ sunt statuendæ *Ἀπελϝᾶνσα* [cfr dor. *Ἀπέλλων*, rad. *var*, gr. *ϝελ*, arcere, propulsare (scilicet tenebras)], *αἰϝᾶνσα* (rad. *i* = ire) *κυκαϝᾶνσα*. Exiliorem formam ejusdem suffixi in *αἴ-ϝας*, unde *αἰές* et *αἰεί* l. *ἀεί* = *αιϝεσι* orta sunt, invenimus, latinorum autem ævom suffixo *va* simplici est præditum.

Nominativus pluralis thematum *ι* terminatorum a vulgari flectendi consuetudine recedit, ut hæc ostendunt exempla: *πρυτανίες* Lysistr. 981, *πολίες* Thuc. V, 77, 79, *τριηρίες* Lysistr. 173 emendatione editorum. Atticæ autem dialecto tribuenda sunt hæc: *πρέσβεις* Lysistr. 1102, *βασιλεῖς* Tit. Flam. c. 12, *ἑκκαιδεκαπήχεις* Dem. n. 18 § 91.

Exitus *genetivi* pluralis thematum in *ᾱ* exeuntium *ᾶν* semper est, ex *α-ᾱν* contractus, e. g. *διαλλαγᾶν* Lysistr. 984, *ἁμυλᾶν* 1270. Neque est credibile nativum illud *ᾱν* sanscrito *ām* respondens (cfr *açvâ-n-âm* in libris vedicis etiam *açvām*, Rigv. II, 34, 6) ante contractionem in *ων* fuisse mutatum. Quod si accidisset, vix *ᾶν* (ex *αων*) terminatio prodire potuisset. Vocabula in *ι* exeuntia genitivum, ut est consentaneum, in *ι-ων* præbent: *πολίων* Lys. c. 14, Thuc. V, 79. — Neutra in *ος* *εων* contrahere ne a titulis quidem alienum est, minime igitur mirandum formas *ἐτῶν* Acharn. 782 et *σκελῶν* Lysistr. 1259 occurrere.

Locativi terminatione *sva* dativum pluralem uti constat, e qua terminatione *σ* tantum in dorica dialecto restat in primæ et secundæ declinationis nominibus. Exempla tamen nonnulla habemus longiore exitu instructa: *ταῖσιν* Lysistr. 1268, *τοῖσι* 1180, *ἁμοῖσι* 1181, cfr etiam Caueri Del. n. 38 D 8 *ἑταιρείαισιν*.

Hi autem dativi in Tit. Flam. c. 12 occurrentes ionicæ dialecto sunt tribuendi: *ἱπποσύναισι*, *κραιπναῖσι*, *πλοκαμοῖσιν*, *σκυβαλικοῖσι*, *ἀμβροσίοισι*. Vulgarem terminationem *σι* dativus pluralis in thematis consona clausis retinet, ut *ἀγῶσι* Dem. or. 18 § 91, *βέλεσι* § 90.

In his autem vocabulis *σσι* pro *σϝι* occurrit: *πάντεσσι* Dem. or. 21 § 82, or. 43 § 66, *Ἀμφιόνεσσι* Dem. n. 43 § 66, *χαρίτεσσιν* Quæst. græcæ pag. 368, 36; cfr C. I. 1593, *πολίεσσι* Thuc. V, 77, 79. — Veram locativi significationem servavit *Ἀμύκλαις* Lysistr. 1299. Præterea plenior terminatio *σι* sæpe in vulgari quoque sermone localem significationem conservavit, e. g. *θύρᾱσι*, *Ἀθήνησι*, *Ολυμπίασι* cet.

Accusativum pluralem primitus notam *νς* habuisse dialectus Cretensium multis confirmat exemplis, ut *πρειγεύτανς*, *κόσμονς*, *τόνς*, *τάνς* (vid. Hey, de

dialecto cretica, pag. 50), *σιατέρανς*, *ἐπιβαλλόντανς* (Caueri Del. n. 37), itemque sanscrita lingua, quæ illud *n* servavit in vocibus masculinis, quorum themata in *a*, *i*, *u*, *r* cadent: *açvân*, *avîn*, *súnûn*, *dâtṛîn*, *s* enim secundum regulas vulgares evanuit. Vocabula vero, quorum themata in *o* exeunt propter *ν* ejectum accusativum apud Dores in *ως* præbent e. g. *τὼς Μήδως* Lysistr. 1253, *ἀγασώς* 1301, alia.

Dualis numeri vestigia nonnulla etiam reperiuntur in exemplis nostris, et primum quidem commemoranda est Laconum jurandi formula maxime frequentata: *ναὶ τὼ σιώ* Lysistr. 81, 86, 90 cet.; *ἀμφοῖν* Thuc. V, 79, *ποδοῖν* Lysistr. 1310, 1316. [Dualis forma singularis *ἀκούετον*, Acharn. 733, in dubitationem est vocanda.]

De numeralibus.

Nihil singulare numeralia, quæ in doricis exemplis præmissis occurrunt, præ se ferunt aut a vulgari dialecto sejuncti. Præterea hæc tantum leguntur: *ἑνός* Lysistr. 1005, *ἕνα* Them. c. 21, Ap. Lac. pag. 273, de gerrul. pag. 618, 17, *ἕν* Consol. ad Apoll. pag. 131, 15, *μίαν* Acharn. 810, *μιᾶς* Lysistr. 1000, quæ omnes formæ ad primigenium *sam* referendæ sunt, ut *εἷς* vel *ἧς* pro *ἕνς* i. e. *σενς* sit, fem. *μία* pro *samja*, *samia*, *smia*, unde *μία* incipienti litera *σ* amissa exstitit, *τρεῖς* Dem. or. 18 § 91 (sev. dor. *τρῖς*), *τρία* Them. 21, *πέντ'* Acharn. 780, Lyc. c. 20, *εἴκοσι* Dem. or. 18 § 90 (dor. *ϝίκατι*, *ἴκατι*, *εἴκατι*), *ἕκατον* ib., *τριάκοντα* Lyc. c. 6, *πεντήκοντα* Thuc. V, 79.

De pronominibus.

Primæ personæ pronomen Dorum proprium *ἐγών*, sanscrito *aham* respondens, quod pro pristino *aghama* esse credo, in Acharn. 748, 754, Lysistr. 983 et (particula *γα* addita) in Acharn. 736, 764, Lysistr. 986, 990 occurrit. Vulgaris autem forma *ἐγώ* (Acharn. 810, Lysistr. 117, 1174, 1243, Them. c. 21) ne ab inscriptionibus quidem doricis est aliena (vid. Ahrens. dor. dial. pag. 247). Dativus ejusdem pronominis non solum encliticum *μοι* Acharn. 738, 772, Ages. c. 11, cfr sanscr. *mê* (*ma-i*), sed etiam *ἐμίν* Acharn. 733 præbet, quod sine dubio ad *ἐ-με-ΐν* est referendum, locativi nota *-in* instructum, ut *ta-sm-in*, *a-sm-in*, alia ejusdem generis ostendunt.

ἁμές Lysistr. 168, 1162 vere doricum esse inscriptiones satis confirmant. Forma autem æolica *ἄμμες* (cfr vedicum *asmê*, vulg. *asmân*, *asmat* cett.). Lyc.

c. 20 c. 21, Arat. c. 14, Cons. ad Apoll. pag. 131, 15 et ἅμες Inst. Lac. pag. 294 incuriæ librariorum tribuenda in ἁμές corrigi debet. Genitivi forma ἁμῶν Lysistr. v. 168, Dem. or. 18 § 91, Demetr. c. 9 inscriptionibus etiam firmatur. In dativo pro ἡμῖν Dores ἁμῖν (æol. ἄμμιν) præbere grammatici tradunt (vid. Ahrensii dor. dial. pag. 259): Acharn. 832, Lysistr. 1081, 1297. ἁμῖν autem in Acharn. v. 821 legitur, quæ quidem forma ad primarium *asma-in* propius accedit. Legitima dorica forma accusativi est ἁμέ Lysistr. 87, 96, 1099, 1250, 1254, 1265 Dem. or. 18 § 90; ἄμμε, quod in Ap. Lac. pag. 276, 5 legitur in ἁμέ tuto corrigatur, neque commendanda est attica forma ἡμᾶς Lysistr. 1244; bona sane est emendatio Engeri χαμ' αὐτώς, legendum tamen censeo χἀμαυτώς, ut ἐμαυτόν pro ἐμὲ αὐτόν dicitur. Simplex illud αὐτώς obscure ponitur ab Ahrensio (dor. dial. pag. 261).

In dorica dialecto nominativus secundæ personæ τύ est, qui legitur Acharn. 775, 7, Lysistr. 1188 cet.; atque etiam in Ages. c. 21, Lacæn. Ap. pag. 299, 16, De coh. ira pag. 556 legitimam formam τύ restituendam censeo. Genitivi formæ hujus pronominis sunt τεῦ Pyrrh. c. 26, Ap. Reg. pag. 228, Lacæn. Ap. pag. 298, 2 et σεῦ Xen. Hell. III, 3, 2, quod tamen sine dubio in τεῦ corrigere licet. In dativo a Pindaro et Theocrito frequentatur τίν Lyc. c. 20 pro τεΐν, quam formam grammatici sæpe commemorant. In Ap. Reg. pag. 229 τίνη est particula νη addita, sed alterum ν plane evanuit, debuit enim esse τίννη. Neque deest τοι (cfr vedicum *tvê* = *tvai*) pro vulgari σοι, e. g. Acharn. 788, Ap. Lac. pag. 291, 55, Lyc. c. 20 cet. Accusativus inter τε: Acharn. 779 (cod. R.), Lacæn. Ap. pag. 299, 10 et τυ Acharn. 730, Equit. v. 1225, Ap. Reg. pag. 228 variat.

In numero plurali idem pronomen has præbet formas: ὑμές Acharn. v. 760, 761, ὑμῶν Lyc. c. 20, æolicum ὔμμιν Tit. Flam. c. 12 in ὑμίν est corrigendum. In accusativo vere dorica forma ὑμέ plerumque obvia est e. g. Acharn. 737, 739, Lysistr. 87, 1076, Xen. Hell. IV, 4, 10. Hæ omnes formæ cum sanscr. *yušmān*, *yušmat* cet. sunt conferendæ.

Nihil digni, quod commemoretur, tertia habet persona præter formam νίν, Acharn. 775, ad radicem pronominalem ι referendam, ut νιν ortum sit ex ιμιμ (unde epicum μιν), dorica autem dialectus ex ινιν formam νιν progenuit, cfr lat. *im* l. *em* pro *em-em* (Fest.) et sanscr. *imam* et *imâm*.

Inter possessiva pronomina tantummodo τεάν (cfr *tava* et *tuus* = *tovos*) Lysistr. 1249, Arat. c. 14, et ἁμοῖσι Lysistr. 1181 doricum præbent signum.

Reliquorum pronominum maxime a vulgari ratione abhorret unum, demonstrativum *τῆνος* pro vulgato *ἐκεῖνος*: De coh. ira pag. 556, *τήνω* Ap. Reg. pag. 229, Lacæn. Ap. pag. 297, quod ad radicem *ta* cum themate *aina* conjunctam, revocare licet (cfr Windisch. Curt. Stud. II pag. 275); Vulgaris autem forma *ἐκεῖνο* Acharn. v. 820 usurpatur.

Articulus, cujus propria vis nihil a pronomine differt, a vulgari flexione in eo recedit, quod nominativus pluralis pro *οἱ* et *αἱ* in antiquissimis monumentis doricis *τοί* et *ταί* præbet formas, respondentes sanscritis formis *tê, tâs*, gothicis þai, þô-s, island. þeir, þær; *τοί* enim legitur in Lysistr. 981, 995, Acharn. 759, Thuc. V, 77, Lyc. c. 20, et *ταί* in Lysistr. v. 173, 999, Thuc. V, 79, Lys. c. 14. Vulgares autem formæ *οἱ* et *αἱ*, quæ in monumentis recentioris ætatis leguntur, ad analogiam nominativi singularis sunt accommodatæ.

Cum articulo arcte cohæret in græco sermone pronomen relativum, quod præter vulgares et legi convenientes formas a spiritu aspero incipientes: *ἅσπερ* Lysistr. 1164, *ἅ* Acharn. 799, Ap. Reg. pag. 230, 6, *ὧν* Consol. ad Apoll. pag. 131, 15, etiam articuli formas adhibet: *τοί* Lysistr. 1302, *τᾷ* 1306, *τῷπερ* Thuc. 77, 79, *τοῖσπερ* 79, *τῶν* Acharn. 761, 870. Similiter in Acharn. v. 762 adverbium *τώς* pro *ὥς* ponitur.

Interrogativum *σά* Acharn. 757, quod per *τί* (melius *τίνα*) scholiastes interpretatur, jam supra explicavimus, cfr compositum rel. *ἅσσα* Ap. Lac. pag. 268, 3 ex *ἅτjα*. Ceterum indefiniti et interrogativi pronominis, quod est *τις*, declinatio solitam sequitur rationem, e. g. *ἅτις* Lysistr. 1249, *ἅντινα* Thuc. V, 79, *τίνος* Acharn. 775 cet.

Vulgarem formam demonstrativi pronominis *ταδί* Acharn. 744, doricæ dialecto minus convenientem, Ahrensius in *ταδή* mutatam vult.

De formis verborum.

Primigenia forma terminationis secundæ personæ sing. *tva* fuisse videtur, quæ, jam in sanscrita lingua in *si*, *s*, *tha*, *dhi* mutata, apud græcos formas *σι*, *σ*, *θι*, *θα* l. *σθα* accepit. Pleniorem tamen terminationem *σι* forma sola *ἐσσί*, quæ etiam Homero frequentatur, præbet: Ages. c. 21, Pyrrh. c. 26, Ap. Lac. pag. 259, 57, 287, 11. Contra medialem igitur formam imperativi *ἔσο* Lacæn. Ap. pag. 298, 9, 299, 16, cum sanscrito *sva* pro *as-sva* et Homerico vel æolico *ἔσσο* comparatam, vix ulla dubitatio est movenda, ut fecit Ahrensius (dor. dial. pag. 321). Neque a vulgari ratione hæ formæ imperativi verborum sine thematica vocali formatorum recedunt: *ἴσθι* (scr. *viddhi*), Acharn. 783, *ἴθι* (scr. *ihi*)

Lysistr. 1271, γνῶϑι (scr. *ĝânîhi*) Plut. de garr. pag. 618, 17. Valde autem difficilis ad explicandum est terminatio σϑα, quam tamen in uno tantum exemplo χρῆσϑα Acharn. 778 habemus. Quum enim ad sanscritam terminationem perfecti *tha* proxime accedat, non facile perspicitur, unde venerit litera σ superflua. Jam vero Boppius (vid. Gram. Comp.[2] § 454) originem analogiæ tribuit, suspicatus ex formis οἶσϑα pro οἶδ-ϑα (scr. *vêt-tha*, zend. voiçta, goth. *vais-t*) et ἦσ-ϑα (scr. *âs-i-tha*) σ ad reliqua verba esse propagatum, cum terminatione ϑα vel potius *ta* compactum et coagmentatum. Haud multum a Boppii sententia abhorret Osthoffii, qui ex verbis litera dentali omnino terminatis illud σ fluxisse putat (vid. Kuhn, Zeitschr. XXIII pag. 320 sqq.), ad formas fictas πέποισϑα, λέλησϑα, εἴωσϑα, εἰλήλουσϑα, alias ejusdem generis provocans. Curtius autem (Verb. I[2] p. 105) subtiliorem quam veriorem, ni fallor, explicationem proponens, σϑα ex *tva* assimulatione et dissimulatione, ut ajunt, directo exstitisse opinatur, sed nihil simile in verborum formatione reperimus, neque multum valet ad demonstrandum illud τέτταρες ex *katvaras*. Ac quum analogia in verbis verborumque formis fingendis etiamnunc tantum valeat, non est, cur Osthoffii et Boppii sententias prorsus rejiciamus, præsertim quum eadem sonorum conjunctio in crebris terminationibus σϑε, σϑον, σϑην, σϑω, σϑων, ubi σϑ e duplicato *tva* exstitit (vid. Curt. Verb. I[2] pag. 95), admodum adjuvare potuerit ad σ cum terminatione ϑα connectendum. Eadem analogiæ vis dominari videtur in zendicis formis, quales sunt *thrāz-dum*, *çāz-dum* (vid. Schleich. Comp.[4] § 284) comparatis cum *māz-dum* et *daz-dum* (scr. *dadhvam*). In sanscrita autem lingua desinens *s* ante *dh* aut omittitur aut in *d* mutatur, e. g. *çâdhi* ex *çâs*, *çakâdhi* l. *cakâddhi* ex *çakâs*, ut vix suspicari possimus *sdhi* vel *sdhvam* terminationes umquam viguisse. Eodem modo *kṛtya* et *yutya* formæ *t* ex formis *kṛ-tvâ* et *yu-tvâ* assumpserunt, quum radices sint *kṛ* et *yu*, ut analogiam agnoscas.

Neque magis defenditur latinorum terminatione *sti* græcorum σϑα, quum *s* literam radici *es* deberi veri simillimum sit (cfr Corssen, Auspr. I[2] pagg. 595, 610 sq., 616 sq.), aut terminatione plur. pass. et med. -μεσϑα, quæ ab Homero aliisque poetis metro cogenti adhibetur, ut in exemplis nostris hæ formæ: ποιησώμεσϑα Lysistr. 1006, ἐσσόμεσϑα Lyc. c. 21, Inst. Lac. pag. 294, 15, quæ tamen doridi adversantur, ut ex inscriptionibus apparet et locis Aristophaneis, Acharn. 756: ἀπολλοίμεϑα, Lysistr. 183: ὀμιόμεϑα, 1096: ἀμβαλώμεϑα, 1164, δεόμεϑα, 1270: παυσαίμεϑα. Origo græcæ terminationis μεϑα ex primaria forma *matva* est repetenda, unde etiam activi nota μες exstitit. Respondens

autem sanscrita forma est *mahê* pro *madhê*, ut satis ostendit zend. *maidê*, quas formas ad *ma-tva-tva* Curtius (Verb. I² pag. 91), refert.

Doricam dialectum terminationem tertiæ pers. sing. τι immutatam servasse in verbis sine thematica vocali declinatis inscriptiones nonnullis exemplis ostendunt (cfr Ahr. dor. dial. pag. 311 sqq.) et unum exemplum Aristophaneum φατί (scr. *bhâti*) Acharn. v. 771, ne commemorem formam ἐστι omnibus dialectis communem.

Propriam terminationem, ut jam supra dixi, etiam possidet prima plur. persona in dorica dialecto -μες (cfr scr. *mas*, vedice *masi*, lat. *mus*): ἵκομες Acharn. 750, ὑποκεκύφαμες Lysistr. 1003, ἐποιήσαμες Ap. Lac. p. 257, 41 cet., vulgatam igitur terminationem μεν semper correxi.

Etiam majorem constantiam exhibet tertia pluralis persona act. in primaria terminatione servanda non solum in tempore præsenti, sed etiam in perfecto, quod formam antiquiorem quam ipsa sanscrita lingua, ubi *-us* mutilata terminatio valet, frequentat, e. g. ἐστύκαντι Lysistr. 996, ἑαλώκαντι Lys. c. 14, τεθνάκαντι ib.

Præsentia. Inter verba sine thematica vocali formata maxime est memorabile verbum εἰμί, quæ quidem primæ personæ forma in Theocr. IV, 30 et Epicharm. 19 legitur. Ahrensius tamen (dor. dial. pag. 318) severioris doridis ἠμί proprium fuisse suspicatur, sed talis forma, fortasse propter ἠμί = φημί evitata, in nullo Dorum monumento occurrit, nam in C. I. n. 8497: ΔΑΣΤΑΣΗΜΙ nomen artificis esse potest. Δαστασημίον igitur aut Δασιασήμιος legendum est, cfr C. I. 8490: Ὀνησίμου, 8491: Πρείμου, 8493: Σταί[ου] ἔργον.

Prima plur. persona est εἰμές Ap. Lac. pag. 290, 46, Inst. Lac. pag. 294, 15, Lyc. c. 21. Ahrensius autem (dial. dor. pag. 320) ἐσμές aut ἠμές desiderat. Sed partim ἐσμές nullo certo literarum documento probatur (ac vereor, ne Dores illa sonorum σμ conjunctione non admodum delectati sint), partim ἠμές deterioribus nonnullis libris Theocriti (Id. XV, 73: εἶμες k, ἦμες*) e. m. ὦμες p, v. 89 ἠμές e, 91 ἐμές m, ἠμές e) tantummodo probatur. Formam autem ἠμές propter imperf. ἦμες evitatam esse credo. Tertia plur. persona ἐντί Thuc. V, 77, 79, Them. c. 21 ex ἐσ-εντί (scr. s-anti), ἐ-εντί in ἐντί mutata est, cfr participium ἐών, ὤν pro ἐσών.

Conjunctivi et optativi formæ: ᾖ Lysistr. 174, Thuc. V, 79 et εἴη Lysistr.

*) Hic formas imperfecti et præsentis inter se confusas esse evidentissime apparet.

1266 nihil a vulgari ratione discrepant, *ὦσιν* autem Ap. Lac. pag. 257, 41 in *ἔωντι* aut *ὦντι* est mutandum.

Verba, quæ vulgo contracta vocantur, quum vulgatam flectendi consuetudinem sequuntur e. g. *δοκῶ* Ages. c. 11, *ποιοῦντι* Lyc. 20 (severior doris *ποΐοντι* desiderat, ut *ποΐωντι* tab. Her. I, 85 satis declarat), tum severioris doridis notâ signantur, ut *ἐπαινίω* Lysistr. 198, *μογίομες* 1002, *διαπεινᾶμες* Acharn. 751, *σιγῆ* De coh. ira pag. 556, 12, *πειρῆσθε* Acharn. 834.

Laconicum verbum *οἰῶ* Lysistr. 156, 998, 1256 forma contracta ex *οἰέω* habenda est, ut ex vulgata futuri forma *οἰήσομαι* concludi potest, quamvis et forma *οἴομαι* (Epich. 56), cum vocali thematica instructa, et *οἶμαι* (Epich. 100), sine vocali thematica formata, a dorica dialecto non sint alienæ.

γίνεται Acharn. 795, ut etiam in cod. R legitur, sola est dorica forma titulis probata (Ahr. pag. 112).

Mira forma conjunctivi: *ἐπιστέωνται* Dem. or. 18 § 91, quam ionicam appellat Ahrensius (dor. dial. pag. 22), dorice *ἐπιστάνται* sonare debuit, cfr *φᾶντι* tab. Heracl. I, 117, *ἐπιστᾶντι* C. I. 2556, 2568.

Hæc imperfecta a vulgari ratione discrepant: *ἦμες* pro *ἦσμες* (scr. *âs-ma*) Inst. Lac. pag. 294, 15, Lyc. c. 21 et tertia pers. plur. *ἦν*, vulgo *ἦσαν* (scr. *âs-an*) Lysistr. 1260. Tertiam sing. personam *ἦς* pro *ἦσ-τ* sonare debuisse et ipsa formandi ratio et linguæ cognatæ ostendunt, cfr sanscr. *âs-î-t*, ved. *âs* pro *âs-t*, lat. *er-at* pro *es-at*, neque aliter testantur veteres grammatici (Ahr. dial. dor. pag. 326), exemplaque Epicharmi, Sophronis, Alcmanis, Theocriti idem affirmant. In nostra tamen exempla cuncta (Ap. Reg. pag. 229, Lacæn. Ap. 297, Lyc. c. 20, 25) vulgaris et attica forma *ἦν* irrepsit, quod quidem ignoratione vel negligentia librariorum facile fieri potuit.

Augmento singulari conspicua sunt, ut supra diximis, *ἆρχεν* Lysistr. 998, *ἆγεν* 1255, *κατᾶγεν* Them. c. 21; *ᾤμαν* Ap. Lac. pag. 292, 67 non cum præsentis forma *οἰῶ* convenit. *ἐθάλλεον* Cons. ad Apoll. pag. 131, 15, poeticum est.

In futuro formæ vulgatæ et vere doricæ vel facillime inter se confundi possunt accentus signo prave collocato e. g. *φθασῶ* Ap. Lac. pag. 257, 41 (libri: *φθάσω*), *πραξῶ* Ap. Lac. pag. 268, 3 (libri *πράξω*), *μαχήσομαι* Ap. Lac. pag. 277, 15 pro *μαχησόμαι*, *οἰμώξονται* Ap. Lac. pag. 289, 40, dorice *οἰμωξόνται*, *κοΐξετε* Acharn. 746 versu ipso munitur, *ἀείσω* Lysistr. 1243 pro *ἀεισῶ*, *ἐπιβήσῃ* Pel. c. 34 pro *ἐπιβησῇ*, vere doricæ autem hæ sunt: *φασῶ* Acharn. 739, *δοξεῖτε* 741, *πειρασεῖσθε* 743, *γρυλλιξεῖτε* 746, *ἡσεῖτε* 747, *καρυξῶ* 748, *ἀποισῶ* 779, *ἑξεῖ* 787.

Verbi *εἰμί* hæ futuri formæ occurrunt: *ἐσσόμεσθα* Inst. Lac. pag. 294, 15, Lyc. c. 21 metro cogente, *ἐσσούμεθα* vel *ἐσσόμεθα* dorica ratio postulat, *ἐσσοῦνται* in Thuc. V, 77, 79 est, *ἐσσόνται* autem in tabb. Heracl. legitur. *ἔσσεται* Pyrrh. c. 26, 19, Homero frequentatum, in *ἐσσεῖται* mitioris doridis formam corrigatur, *ἔσται* Acharn. 792 attico poetæ tribuendum est. His igitur formis comparatis et consideratis concludere licet, *ἐσ-σϳομαι* primigenium esse statuendum, quod in *ἐσσίομαι*, *ἐσσέομαι*, *ἐσσούμαι* gradatim abiit, immo vero in *ἐσσόμαι* ϳ prorsus amisso, ut declarat *ἐσσόνται* supra allatum, neque aliter Iones *ἔσσομαι*, *ἔσσεται* nacti sunt.

Ut enim in sanscrita lingua ad futura formanda *-syâmi* usurpatur, quod futurum esse verbi *as-mi* satis persuasum nobis esse debet (cfr Bopp, Krit. Sansk. Gram.[4] § 329), quamvis non simplex adhibeatur, optativus enim *syâm* cum eadem radice *ya* compositus munus futuri etiam suscepit, neque significatio admodum diversa est (vid. Curt. Verb. II, 291 sq.), cfr lat. *veham, vehes* alia ejusdem generis, ubi conjunctivus et optativus futuri vim susceperunt. Illud *σ*, cui nulla propria vis inest ad futuri significationem efficiendam, a radice *as* profectum cum *ya* adeo coaluit, ut non solum in sanscrita lingua in futuris semper frequentetur, sed etiam in græco futuro summum sibi pondus *) asciverit atque tam late manaverit, ut cum ipso verbo *εἰμί*, cujus radicis *σ* ipsum continet, denuo arctissime connectatur, excepta atticorum forma hujus verbi.

Perfecti terminationes a vulgatis discrepantes *μες* et *αντι* jam supra commemoravimus, neque multum a ceteris dialectis dorica in perfecto formando abhorret. Reduplicatione enim, ut vulgo, perfectum indicatur, aut in radice duplicata, ut *ὄπ-ωπ-α* Lysistr. 1157, *ἀπ-όλ-ωλ-εν* Ap. Reg. pag. 230 (Archidami), *ἀπ-ολ-ώλ-ε-κεν* Ap. Reg. pag. 230, 6, Ap. Lac. pag. 258, 45, aut in repetitione incipientis consonæ simul cum sequenti vocali extenuata in *ε*, ut *ὑποκεκύφαμες* Lysistr. 1003, *τεθνάκαντι* Lys. c. 20 cet.

Doricæ dialecti plane propria est perfecti forma *ἄκουκα* (cfr grammaticum in Ann. Oxon. IV, 188, 14), Ap. Reg. pag. 230, 9, Ap. Lac. pag. 259, 57, Lys. c. 20, Ages. c. 21, quæ cum attica forma *ἀκ-ήκ-ο-α* pro *ἀκ-ηκ-οϝ-α* comparata ab initio apud Dores *ἀκ-ακου-κα* sonuisse evincitur, sed propter similes sonos cumulatos, ad pronuntiandum semper difficillimos, illa forma est evitata et in *ἄκου-κα* reduplicatione omissa decurtata, ut eadem fere ratio valeat inter atti-

*) Inter se comparentur *βοαθησίω* (C. I. 2554), *φυλαξίομεν* (3048) et *οἰσόντι* Heracl. I, 102; *ἐργαξόνται* I, 46, ut illius *σ* vis intelligatur.

cum ἀκήκοα et doricum ἄκουκα atque inter vetus ἐδ-ήδοϝα et recentius ἐδή-δοκα (vid. Curt. Verb. II, 213). Eodem modo omissa syllaba reduplicationis perfecta sanscrita *āra*, *āva*, *āsa* (Delbr. Altind. Verb. 113) orta esse possunt, ut pro *ar-ār-a*, *av-āv-a*, *as-ās-a* sint. Aliquantum similis inclinatio in ἀγή-οχα pro ἀγήγοχα (cfr Curt. Verb. II, 214) cernitur. οἶδεν autem Lysistr. 1250 omnibus græcis dialectis commune sine reduplicatione est, ut sanscritum *vêda* (cfr Delbr. Altind. Verb. 121).

Formam ex themate perfecti fictam τεθναξοῦμαι legimus in Ap. Lac. pag. 268, 3, ac si medialis forma recentior est (vid. Curtii Verb. II, 244), per se doridi maxime commendatur antiquior (cfr Ahr. dor. dial. pag. 290), sed nihil hac in ne pro certo affirmari potest.

Inter aoristi formas, quas commemoremus, dignas, est mira illa ἀπεσσύα *) Xen. Hell. I, 1, 23, Alc. c. 28 jam commemorata, quæ in vulgata lingua ἀπ-εσσύη sonuisset, ut aoristi formam agnoscas, quæ vulgo at nomine falso passiva vocatur. Quia enim forma ipsis terminationibus activa esse indicatur et prope consimilis est aoristo activo verborum quorundam sine thematica vocali formatorum e. g. ἔβην, ἔστην, ἔπτην, ἔσβην, ἔσκλην, ἑάλων, ἔδυν, ἔφυν, valde suspicari licet has formas arcte inter se cohærere, differunt vel maxime eo, quod passivus aoristus, qui vocatur, thematica vocali auctus est. Eodem modo enim ἔδῡν et ἔφῡν in ἐδύην et ἐφύην exissent, si vocalis thematica esset addita, ut radix ῥυ ἐρρύην præbet. Ac re vera formæ auctæ inveniuntur e. g. διεκδυῆναι et πτυῆ-ναι (Hippocr.) (vid. Curt. Verb. II, 329). Neque hic omittendus est infinitivus huc pertinens κατακαᾶμεν Lyc. c. 20, cfr vulg. καῆναι (καυ l. καϝ). Significatio quoque non valde diversa videtur (cfr Kühner, A. G.² I pag. 560), ex intransitiva enim aut reflexiva vi, quæ et in exemplis supra allatis prævalet et in huc pertinentibus verbis a Curtio enumeratis in libro illo, qui de verbo græco est (II pag. 325 sq.), passiva vis facile proficiscitur; neque ex addita radice *ya* aut terminationum similitudine cum terminationibus verbi εἰμί passivus sensus elici potest, ut satis declarant hæ formæ ποιοίην, ποιήσω, ἐποίησα, in quibus radices illæ insunt.

---

*) Fabula ærea Olympiæ effossa (vid. Caueri Del. 116) aoristi formas ἀνατεθᾷ, δοθᾷ, ἀποσταλᾶμεν præbet, quæ satis ostendunt in aoristo ᾱ primigenium in græca quoque lingua antiquissimis quidem temporibus valuisse. Quam ob rem nemini mirum videri debet, Laconum quoque dialectum ejusmodi vestigia antiqua servavisse, ut sunt ἀπεσσύα et κατακαᾶμεν Plut. Lyc. c. 20.

Aoristus primus passivi, qui vulgo dicitur, cujus hæc exempla *παχυνθῆ*, *ἀναχνοανθῆ* Acharn. 791. *συνεκρίθη*, *διεκρίθη* Consol. ad Apoll. pag. 131, 15 habemus, ex forma simplici, non usitata *ἔθην* fortasse repetendus est, reflexivo sensu prædita, ut *ἔστην* intransitive et *ἔστησα* transitive usurpatur. Eandem igitur rationem fuisse credo inter *ἔθην* et *ἔθηκα*; *ἐλύθην* igitur est: solutum me posui, solutionem consecutus sum i. e. solutus sum. Atque sanscrita quoque radix *dha* medialem vim "consequi" (Grassmann, Wörterb. zum Rigv. p. 661, 31) interdum præbet. Sed alii aliter de hac re sentiunt (cfr Morph. Unters. p. 78 sqq.).

Imperativi terminatio *ον*: *ἄντεινον* Acharn. 766, *ὅρμαον* Lysistr. 1247 non a doride aliena est, cfr C. I. 1907: *αὔδασον*. Contra præceptum grammaticorum, quo imperativus aoristi secundi in *-ον* exire dicitur (vid. Ahrens. dor. dial. pag. 303 sq.), in Lysistr. 1263 et 1297 *μόλε* legitur itemque *λάβε* 1242.

Infinitivus activi duplicem terminationem in dorica dialecto præbet: *μεν* et *εν*, illam in verbis sine vocali thematica formatis reperimus, hanc in verbis illa vocali instructis. Prioris generis hæc exempla collegimus: *ἦμεν* Acharn. 741, 771, 775 (*ἦμεναι*), Dem. or. 18 § 91, Lyc. 6 et 19, Lacæn. Ap. pag. 300, 26, 29, *εἶμεν* Thuc. V, 77, 79. *ἀποδόμεν* Lysistr. 1163, Thuc. V, 77, *δόμεν* ib., Dem. 18 § 91, *ἀφέμεν* Lyc. c. 20, cfr Caueri Del. n. 35, *ἀνίεμεν* ib. n. 58. Huc eodem pertinent, ut jam supra diximus, *διακριθῆμεν* Thuc. V, 79 [cfr *ἀποκριθῆμεν* Caueri Del. n. 18 (Argolis), *δοθῆμεν* Rang. 820] et *κατακαᾶμεν* Lyc. c. 20, pro *κατακαϝᾶμεν* (cfr Caueri Del, n. 91, 12 *'ποστᾶμεν*). Ad similitudinem horum verborum etiam perfecti infinitivum conformatum fuisse credo, ut ex formis *πεφυτευκῆμεν* tab. Heracl. I, 143, *πεπρωγγυηκῆμεν* ib. 151 concludi potest, unde in Lys. c. 14 pro *ἑαλώκειν* *ἑαλωκῆμεν* aut *ἑαλώκεν* *) merito postulatur, *ἑαλώκην* autem, quæ forma ab Ahrensio (pag. 330) etiam proponitur, æolica est, ut ostendunt *τεθνάκην* Caueri Dial. Del. n. 123 D (Eresus) et *ἐπιτεθεωρήκην* ib. Alterum genus in *εν* exit e. g. *φέρεν* Acharn. 739, *γράφεν* 788, *θύεν* 792, *παίειν* autem v. 835 attico poetæ debetur, *μυσίδδειν* Lysistr. 1076 metrum postulat, *ἄγειν* autem in v. 169 non necessario versus desiderat. *χαίρειν* Ap. Lac. pag. 257, 41 aliaque ejusdem generis apud Plutarchum et Demosthenem mutare non audeo. — Verba contracta terminatione *εν* instructa fuisse luculentissime verba in *-έω* exeuntia ostendunt e. g. *διοικέν* Caueri Del. n. 67, I, 8 (Thera), *λειτουργέν* ib. IV, 29, 31; *ἐνοικέν* n. 81, 23 (Delphi). In nostris tamen exemplis recentior terminatio *ειν* semper occurrit, inter-

*) Cfr *δεδώκεν* in titulo Nisyrio n, 166 R, ubi Ahrensius (p. 573) *εν* ex *ην* correptum putat, sed perperam.

dum incuria librariorum credo: καλεῖν (καλέν) Inst. Lac. pag. 295, 29, δεῖν autem p. 296, 39 jam in titulo vetustiore (Caueri Del. n. 43) simul cum formis in εν legitur; sed haudquaquam opus est plura exempla hujus generis enumerare.

Hic etiam liceat nominare aoristi secundi activi formas, quas antiquitus etiam in εν exisse nullo contractionis indicio relicto inscriptiones satis confirmant. Hæc vero exempla afferre placet: ἐμμενέν Caueri Del. 17 (Argolis), ἀφελέν ib. 39 (Alliaria), ἐξελέν ἢ ἐνβαλέν 47 (Creta), συναγαγέν 67, I (Thera). Vix igitur dubitare possumus, quin ἰδεῖν Lysistr. 118 depravatum sit et in ἰδέν non, ut Bergkius fecit, in ἰδῆν corrigendum, itemque Plut. de tranq. an. pag. 576, 32 ἰδέν et σιγέν Lysistr. 1004 legamus. Ac fortasse ἐλθεῖν Thuc. V, 79 in ἐλθέν mutari debet, sed eadem forma ἐλθεῖν Quæst. græc. p. 368, 36 et Them. 21 immutata relinquenda est.

Quid de infinitivo verborum in όω exeuntium statuendum sit, unum exemplum ὑπνῶν pro ὑπνόεν Lysistr. 143 docet.

Infinitivi terminatio ην apud Dores soli contractioni debetur ex αε pro αϳε, cujus generis hæc habemus exempla: πεινῆν Acharn. 734, πλαδδιῆν Lysistr. 171, ὁρῆν 1077, κνισῆν Dem. or. § 66, δρῆν (δρᾶν) Alc. c. 28, Hell. I, 1, 23, κατακονῆν Cleom. c. 2, 3, νικῆν Ap. Lac. pag. 258, 45, Ap. Reg. pag. 230, 6. Consentiunt inscriptiones, ut Rang. 356, ubi συλῆν et νικῆν leguntur.

Contra Ahrensium igitur (dor. dial. pag. 303, 158, 5) affirmo neque apud Lacones neque apud ceteros Dores infinitivum umquam in ην exisse, nisi in verbis contractis in άω exeuntibus; omnes reliquos igitur infinitivos in ην exeuntes æolicæ dialecto tribuendos censeo, ut συμφέρην Caueri Del. n. 119 (Mitylenæ) ὑπάρχην n. 116 (Elis) 121 (Perdoselena), ἔλθην, συνέλθην n. 119, ἀποθάνην n. 123 (Eresus), στεφανώθην n. 127 (Cumæ), γενήθην ib.

Hos omnes infinitivos ad analogiam formarum, quales sunt δοκῆν n. 123 D, καλῆν, ἐπαινῆν n. 127 (Cumæ), quarumque præsentia in -ημι exeunt, formatos esse arbitror. Neque vero exempla deficiunt, quæ ad similitudinem verborum in -μι exeuntium infinitivum redegerunt, e. g. ὑπαρχέμεν, ἐγγραφέμεν n. 100 (Thess.), cfr δόμεν ib. Qod si ita est, valde adducor, ut credam grammaticos erravisse, quum dicunt doricas esse infinitivi formas in -ην exeuntes (vid. Ahr. dor. dial. pag. 158 anm. 8), confundentes, ut sæpissime fit, dorica et æolica. Corrigendæ igitur sunt infinitivi formæ correctæ, quæ sunt ἀπιάλλην Thuc. V, 79 et ἀλέξην Thuc. V, 77.

De Particulis.

Quum vix dubitari possit, quin particulæ plurimæ casuum formæ quasi immotæ et pigræ re vera sint, illas ita vel optime explicari posse existimavi, si ad primarias formas per casus distributæ reducerentur. Liceat igitur exemplum manifestum' ex sanscrita lingua sumptum præmittere, quo res plane illustratur, est quidem: *ćiram* (acc.), *ćirena* (instr.), *ćirāya* (dat.), *ćirât* (abl.), *čirasya* (gen.), *ćire* (loc.); quæ omnes variæ formæ ejusdem adjectivi *ćiras* (scil. *kāla* = longum tempus) idem fere atque *diu* significant (vid. *Autenrieth*, Terminus in quem pag. 8). Eodem modo Hebræi adverbialiter nominum formas adhibent, e. g. בֵּין (intervallum) inter, בַּעַד (distantia) pone (l. c. pag. 9).

In his particulis instrumentalis casus cernitur:

ἁμᾶ (scr. *samâ* una) Lysistr. 999, 1244, 1259, 1316. παντᾶ ib. 169, 1013, 1096. πᾶ Acharn. 732, 785 cet. Ap. Lac. p. 292, 66, compos. ὁπᾶ l. ὅπα Lysistr. 1080, 1188, Thuc. V 77, 79 e radice pronominali *ka* ion. κῆ. δή, Acharn. 733, ad relativam radicem *ya*, unde ϳα, δϳα, δα, δη gradatim explicantur, mire Curtius refert (Grundz. pag. 620), nam relativa vis a particula illa prorsus est aliena, atque ϳ in initio vocabuli positum vix efficere potuit, ut fieret δ. Multo simplicius ad demonstrativam radicem *da* hæc particula refertur, cfr scr. *idam*, lat. idem. Exempla non aliena *yadā* (zend.), *avadâ*, *idâ*, *hadâ* (pers.), *anyadâ*, *sadâ*, *nityadâ* (sanscr.) Autenriethius attulit (l. c. § 12). ἤ (sanscr. *vâ*) Acharn. 734. μή (C. I. 11 μά) Acharn. 773, cfr sanscr. *mâ*. ἅπερ Lysistr. 84 et ἅ ib. 1317. Correpta interdum terminatio illa est, e. g. πότερα Acharn. 734, μάλα Lysistr. 81 (apud Homerum etiam μαλᾶ). γα (sanscr. *gha* l. *ha*). -κα, -τα, -τε (pers. *câ*, sanscr. *ća*). οἴκαδε cum zend. *vaeçmenda* comparatum Autenriethius huc eodem refert (l. c.), neque repugnant formæ, quales sunt: πεδίονδε, πέδονδε πόντονδε. Præpositiones ἀνά, παρά, κατά huc refer.

Locativi nota in his adest: ἀεί Acharn. 751, ad primariam formam αἰϝεσι revocandum, cujus radix in sanscrito *eva* (itio, cursus), goth. *aiv-s*, et in adjectivo nostro *ev-ig* inest. αἰ, Lysistr. 118 cet., locativus est reflexivæ radicis *sva*, primarium σϝαι, cfr osc. *svai*, umbr. *svē*, lat. *si*. ἀμοθεί Thuc. V, 77, rad. *sama*. ναί, Acharn. 730, 742 cet., locativus est pronominalis radicis *na*, attice νή, lat. næ. Et πάλαι et πάλιν locativos esse existimo radicis *para* (alius), quæ adest in sanscrita præpositione inseparabili *parā* (retro), græc. παρά, περί (goth. faur l. faura, island. fyri), cfr lat. perendie et peregre. πρῴ, Acharn. 1174 ad πρόϝι (primigenium *prava*, *pravai*), lat. præ = prai est referendum. Nec veri-

simile non est præpositiones *ποτί* (cret. *πόρτι*, arc. *πός*, sanscr. *prati*) *περί, ἀμφί* pro locativis esse habendas.

Ablativi terminatio *-at* in *ως* conversa persæpe in adverbiis frequentatur e. g. *καλῶς, κακῶς*, alia. *ὁμῶς*, Lysistr. 144. *τώς*, Acharn. 762, cum vedico tât, ita, sic, prorsus congruit. *ἇς*, Lysistr. 173, pro *ἀϝας* (sanscr. *yâ-vat*) esse vulgo existimant.

Jam de ablativi suffixo *-tas* est agendum, quod in *ἐκτός* Thuc. V, 77 invenimus, cfr sanscr. *ādi-tas*, ab initio, *ya-tas*, unde, et lat. in-tus, coelitus. Idem suffixum *tas* l. *dhas* (sanscr. *adhas*) in *πρόσθ'* l. *πρόσθα* Consol. ad Apoll. pag. 131, 15 inesse credo, conferas velim *ἔμπροσθα, ὄπισθα, ἔνερθα, ὕπερθα* itemque *ὅθεν, ὅθενπερ* Acharn. 821, *τηνῶθεν* 754, quippe quum hoc suffixum idem esse etque laconico *-σας* l. *σα* (= *θας* l. *θα*) exemplis Hesychianis *ἔξεσας· ἔξωθεν, ἔντεσα· ἔσωθεν, ἔξουθα· ἐκτός* satis comprobatur.

Huc etiam trahendum est *ἄνευ* Lysistr. 143, pro *ἄνεσα(ς)*, unde *ἀνεσο ἀνεο ἄνευ* gradatim explicari possunt, itemque *ἄνις* Acharn. 834, quod ex *ἄνισα* decurtatum esse existimo.

Explicatu valde difficiles sunt formæ: *οἴκαδις, οἴκαδες*, Acharn. 742, 779, sed fortasse in illo *ις* l. *ες* inest præpositio *ες* l. *ις* post posita; *δ* igitur parasiticum est, et *οἴκαδις* ex *εἰκαΐς, οἰκαȷις, οἰκαδȷις* est explicandum, cfr *χαμάδις, ἄλλυδις, ἄμυδις*. Neque alio modo *κ* mihi explicari posse videtur in vocabulo *πολλάκις*, quod igitur pro *πολλακȷις* est, ubi *κ* consonæ *ȷ* originem debet.

Accusativum adverbialiter usurpari notissimum est; exempla obscuriora hæc sunt: *ὦν*, Lysistr. 155, 1181, ad primarium *avam* referendum, *μάν* Lysistr. 144, cfr *δήν* (sanscr. *divam*) et *ἄντην*, *αἰές* Lysistr. 1266 (C. I. 5774) = *αιϝας*, *πρίν* ex *προιον* vulgo explicatur, *καν, κεν, κα* (sanscr. *kam*).

Errata.

pag.	6	lin.	26	ἀπεσσία	lege ἀπεσσύα.
„	14	„	20	χρήδοιτε	„ χρήδδοιτε.
„	18	„	16	πᾷ	„ πᾶ.
„	20	„	7	576	„ 618.
„	41	„	25	consonans vocali	„ consonanti.